itineribus nescio quid aliter audio atque ut ad te scribebam. Omnia igitur velim explices et ad me certa mittas. 2. De reliquo quid tibi ego dicam? Ardeo studio historiae—incredibiliter enim me commovet tua cohortatio—, quae quidem nec institui nec effici potest sine tua ope. Coram igitur hoc quidem conferemus. In praesentia mihi velim scribas quibus coss. C. Fannius M. F. tribunus pl. fuerit. Videor mihi audisse P. Africano L. Mummiio censoribus. Id igitur quaero. Tu mihi de iis rebus, quae novantur, omnia certa, clara. III. Idus ex Arpinati.

DCCCV. CICERO TO ATTICUS (ATT. XVI. 14).

ARPINUM; AFTER NOVEMBER 11; A. U. C. 710; B. C. 44; AET. CIC. 62.

De Octaviano et Antonio, de nominis 'officii' vi ac potestate, de Nepotis filio, Q. filius quid ad M. filium scribat.

CICERO ATTICO SAL.

i. Nihil erat plane quod scriberem. Nam cum Puteolis essem, cotidie aliquid novi de Octaviano, multa etiam falsa de Antonio. Ad ea autem, quae scripsisti—tres enim acceperam III. Idus a te epistolas—valde tibi adsentior, si multum possit Octavianus, multo firmitus acta tyranni comprobatum iri quam in Telluris atque id contra Brutum fore: sin autem vincitur, vides intolerabilem Antonium, ut quem velis nescias. 2. O Sestii tabellarium, hominem nequam! Postridie Puteolis Romae se dixit fore. Quod

2. *In praesentia*] cp. Att. vii. 14, 1 (310).

censoribus] This word must be supplied, because Mummius and Africanus were never colleagues in the consulship, a fact of which Cicero could not have been ignorant. They were censors together in 612 (142). Fannius is an interlocutor in the *De Amicitia*, on which Cicero was then engaged.

quae novantur] 'changes in the constitution,' with an idea of disapproval of the changes: cp. Sall. Cat. 39, 3; 55, 1.

1. *aliquid novi . . . multa etiam falsa*] sc. *afferebantur* or *erant*.

multum possit] The *multum* is introduced to balance the succeeding *multo firmitus*. We have in the next letter but one, § 3, *quamquam enim potest*; and Lehm., p. 15, gives a good example of *possit* used absolutely in Fam. iv. 13, 5 (483), *etiam illa quae minimum nunc quidem potest, sed possit necesse est, res publica*.

in Telluris] sc. *aede*; on the third day after the death of Caesar all his acts were ratified in the temple of *Tellus*.

quem] for *utrum*: see on Att. xvi. 8, 1 (797).

2. *Postridie Puteolis*] The letter-carrier of Sestius had undertaken to be in Rome the day after he left Puteoli.

me mones, ut pedetemptim, adsentior: etsi aliter cogitabam. Nec me Philippus aut Marcellus movet. Alia enim eorum ratio: et, si non est, tamen videtur. Sed in isto iuvene quamquam animi satis, auctoritatis parum est. Tamen vide, si forte in Tusculano recte esse possim, idne melius sit—ero libentius: nihil enim ignoro—an hic, cum Antonius venerit. 3. Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium quin, quod Graeci καθήκον, nos ‘officium.’ Id autem quid dubitas quin etiam in rem publicam praeclare quadret? Nonne dicimus ‘consulum officium, senatus officium, imperatoris officium?’ Praeclare convenit, aut da melius. 4. Male narras de Nepotis filio. Valde mehercule moveor et moleste fero. Nescieram omnino esse istum puerum. Caninium perdidit, hominem, quod ad me attinet, non ingratum. Athenodorum nihil est quod hortere: misit enim satis bellum ὑπόμνημα. Gravedini, quaeso, omni ratione subveni. Avi tui pronepos scribit ad patris

pedetemptim] sc. *eam*, ‘proceed cautiously,’ in my choice of sides.

Philippus aut Marcellus] Atticus had advised Caesar to follow the example of L. Philippus and C. Marcellus, and not declare too hastily which side he would follow. Cicero says he agrees with the counsel of Atticus, but remarks that the case of Philippus and Marcellus is, or looks, different from his; referring doubtless to the fact that they were connected with Octavian, Philippus being the husband of Octavian’s mother, and Marcellus of Octavian’s sister.

iuvene] The fact that he sometimes calls Octavian *puer*, and sometimes *iuvenis*, shows that these words do not correspond to *boy*, or *lad*, and *youth* with us, but rather to *youth* and *young man*. In 707, 3, he calls him *adolescentem*.

idne melius sit] ‘consider whether that is not better (namely, to be in Tusculanum on the arrival of Antony), or to be here’ (in Arpinum).

3. *ut aliud ex alio*] lit. ‘as one thing suggests another.’ The question just put *si in Tusc. recte esse possim* suggests the idea of *duty*, and hence the question whether καθήκον is the proper Greek for *officium*. We would write, ‘consider does my duty demand that I should stay in Tusculanum, and (talking of *duty*) I am certain καθήκον is the right Greek for *officium*.’ We have *ut aliud ex alio incidit* in Ter. Haut. iii. 3, 37.

quadret] ‘is applicable to.’ This is the conjecture of Boot and C. F. W. Müller for *caederet*, the tense of which would be difficult to explain. Moreover, *quadrare* is often used by Cicero in exactly this sense, and *caedet* in Z is a corruption of *quadret* in Att. xiii. 33, 3 (636), which is further corrupted in M into *ea de*.

4. *Male narras*] This expression doubtless points to the fact that the death of the son of his friend Cornelius Nepos had been announced by Atticus, probably in the phrase *factum male de*. See on 651.

omnino esse] ‘the very existence of.’ *perdidit*] sc. *morte abreptum*. The allusion is to the death of L. Caninius Gallus, whom Cicero had defended in 699 (55). Hence he speaks of him as a man ‘who, as far as I am concerned, has been not ungrateful.’

ὑπόμνημα] The *mémoire* on the views of Posidonius on conflicting motives, for which he had written to Athenodorus (799, 4).

Avi tui pronepos] The younger Quintus was grandson of Atticus, therefore great-grandson of the grandfather of Atticus. By *avi mei nepotem* Cicero means his son Marcus. Young Quintus had written to young Marcus to say that he would ‘bring the temple of Ops into liquidation after the Nones,’ that is, that he would require from Antony an account of the money deposited there by Caesar, and appropriated by him.

mei nepotem se ex Nonis iis, quibus nos magna gessimus, aedem Opis explicaturum, idque ad populum. Videbis igitur et scribes. Sexti iudicium exspecto.

DCCCVI. CICERO TO TIRO (FAM. XVI. 24).

ARPINUM ; MIDDLE OF NOVEMBER ; A. U. C. 710 ; B. C. 44 ; AET. CIC. 62.

M. Cicero Tironi de rebus domesticis scribit, de publicis seiscituratur.

TULLIUS TIRONI SAL.

1. Etsi mane Harpalum miseram, tamen, cum haberem, cui recte darem litteras, etsi novi nihil erat, isdem de rebus volui ad te saepius scribere, non quin confiderem diligentiae tuae, sed rei me magnitudo movebat. Mihi prora et puppis, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui dimittendi, ut rationes nostras explicares. Ofillio et Aurelio utique satis fiat. A Flamma, si non potes omne, partem aliquam velim extorqueas, in primisque, ut expedita sit pensio K. Ian. De attributione conficies, de reprae-

ex Nonis iis] The Nones of December, memorable as the day on which Cicero consigned the Catilinarian conspirators to prison. It would seem Quintus expected to be invested with some office, the quaestorship or aedileship. But we have no evidence of this, and it is very unlikely that at his age, between 23 and 24, he could have aspired to such an office, even though we make full allowance for anomalies, perhaps possible in such troublous times. It is more probable, as Mongault suggested, that he contemplated his attack on Antony in the capacity of a private person. The reason why young Quintus specified the Nones of December was that on that day the new quaestors entered on their duties, and he, doubtless, wished to have their assistance.

Sexti] i. e. the criticism of Sextus Peducaeus on the second Philippic.

1. *Harpalum*] probably a slave. He is not mentioned elsewhere.
recte] 'safely.'

prora et puppis] 'the Alpha and Omega of my design in dismissing you was the arrangement of my affairs.' For the Greek proverb Otto (p. 289) quotes Apost. 15, 97: τὰ ἐκ πρώρας καὶ τὰ ἐκ πρύμνης ἀπόλλυται ἐπὶ τῶν πανολεθρία φθειρομένων. Somewhat different is [Dio Chrys.] xxxvii. p. 120 R (= ii. 303 Dind.), ὑμεῖς γὰρ ἔστε νῦν τὸ δὴ λεγόμενον πρώρα καὶ πρύμνα τῆς Ἑλλάδος ὄλβιοι μὲν καὶ ἀφνειοί.

Ofillio] see note to Att. xiii. 37 (657).

Aurelio] a procurator of Montanus, who had become surety to Planeus for Flaminius Flamma, and was now forced to meet Flamma's liabilities. Montanus had gone to Athens with young Cicero, and the latter had asked his father to endeavour to settle the debt incurred by Montanus: cp. Att. xii. 52, 1 (599) ; xiv. 16, 4 (721) ; xvi. 15, 3 (807).

pensio] to be paid by Flamma, who seems not to have repudiated the debt, but only to have required that the time for payment should be extended.

Ian.] Most editors alter to *Iun.*, and assign this letter to May ; Wesenberg

sentatione videbis. De domesticis rebus haecenus. 2. De publicis omnia mihi certa; quid Octavianus, quid Antonius, quae hominum opinio, quid futurum putes. Ego vix teneor, quin accurram. Sed st! litteras tuas exspecto; et scito Balbum tum fuisse Aquini, cum tibi est dictum, et postridie Hirtium: puto utrumque ad aquas. Sed quod egerint—. Dolabellae procuratores fac ut ad-moneantur: appellabis etiam Papiam. Vale.

deletes *Ian*; Grüber thinks that perhaps this letter was written after June 14, the date of 749. But Ruete (p. 35) shows that Balbus and Hirtius returned to Rome in May: cp. Att. xv. 5, 2 (737); 9, 1 (742); that *ego vix teneor quin accurram* accords ill with the despairing tone of Cicero's letters in June, i.e. Att. xv. 18 to 20 (750) to (752): and that this letter just suits the middle of November, when Cicero sent Tiro to Rome, cp. Att. xvi. 13b, 1 (803), and when Cicero himself was meditating return: cp. Att. xvi. 12 (800); 10, 1 (801); 13a, 1 (802); 13c, 1 (804). Dolabella, too, appears to have been absent, and we know that he left the city towards the end of October: cp. Att. xv. 13a, 1 (795).

attribuione] 'assignment of debtors,' i.e. the assignment of some of my debtors to my creditors, the former to pay the latter: cp. Att. xiii. 2, 1 (692).

repraesentatione] 'paying ready money.' *rebus*] This is the simplest correction of *eius*, the corrupt reading of the mss.

2. *omnia mihi certa*] sc. *scribe*, a common ellipse, generally with *si quid habes, si quid scies*, or the like, Att. xiii. 27, 3 (603): yet sometimes without it, Att. xvi. 13c, 2 (804).

Octavianus] So H. Erf.; *Octavius* M. Pal. In the Epp. ad Att., from June 9, cp. Att. xv. 12, 2 (745), Cicero always calls him *Octavianus*, as by that time the full formalities of his adoption had been completed [see Addenda to Commentary for Schmidt's notes on these names]. Ruete (p. 36) honestly confesses that the

reading of M. Pal militates against his view of the date of this letter; but he justly maintains that it does not outweigh the other arguments. He did not know that the correct reading *Octavianus* had the authority of H. Erf. Mendelssohn rightly adopts it.

Sed st! litteras tuas exspecto] So all the editors, whom we follow with some hesitation. M. and most mss have *sed si*; a few have *sc* (= scilicet); one ms, according to Ursinus, has *st*. H. Erf. Pal have simply *Sed* (written *S*), *tuas litteras exspecto*; and such, we think, may be the true reading. Making all due allowance for the conversational tone of the letters *st* = 'hush' is really too colloquial, especially in such an ordinary matter as the expectation of a letter from Tiro. And it is worthy of notice, that in the other passage of Cicero's Epistles, where editors read *st*, viz. Att. ii. 1, 10 (27); it is found in the mss as *si*, and following *sed*. The contractions for these words are so like one another that they are often confused. In both cases it is probable that *si* arose from dittography.

cum tibi est dictum] 'when you were told he was.'

sed quod egerint] We must not read *quid* with Wesenberg and other editors. Lehmann (De Epp. ad Att., p. 198), understands *id actum habebō*, or some such expression, meaning 'it is indifferent to me,' comparing Tusc. iii. 50. See note to Fam. xvi. 23, 1 (754), where Lehmann's admirable explanation of the phrase is set forth.

DCCCVII. CICERO TO ATTICUS (ATT. XVI. 15).

ARPINUM ; AFTER NOVEMBER 11 ; A. U. C. 710 ; B. C. 44 ; AET. CIC. 62.

De pigritia sua, quod non sua manu scribat, de alienato in Dolabellam animo et consilio severius in eum agendi, de re publica, de litteris obsignata iam epistola ab Attico et Sex. Peducaeo acceptis, de desperato statu rei publicae, de existimatione sua et nominibus suis dissolvendis.

CICERO ATTICO SAL.

1. Noli putare pigritia me facere, quod non mea manu scribam—sed mehercule pigritia. Nihil enim habeo aliud quod dicam, et tamen in tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. Sed ad rem venio. Ego, si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitassem fortasse utrum remissior essem an summo iure contenderem. Nunc vero etiam gaudeo mihi causam oblatam, in qua et ipse sentiat et reliqui omnes me ab illo abalienatum, idque prae me feram, et quidem me mea causa facere et rei publicae, ut illum oderim : quod, cum eam me auctore defendere coepisset, non modo deseruerit emptus pecunia, sed etiam, quantum in ipso fuit, everterit. 2. Quod autem quaeris quo modo agi placeat, cum dies

1. *Noli putare*] ‘Pray do not suppose it was laziness that made me employ an amanuensis in writing to you : it was really nothing but—well, laziness, there is no other word for it : however [you are as lazy, for] I think I recognise the hand of your amanuensis Alexis in your letter to me.’ Cicero is about to make an excuse, but when he comes to the point he finds that it really was laziness which prevented him from writing with his own hand. The form of expression reminds us somewhat of the *παρὰ προσδοκίαν* so familiar to readers of Aristophanes, but can hardly be called an instance of *oxymoron*, to which figure Boot refers it, quoting an excellent instance of *oxymoron* from Plin. Ep. ix. 26. 1, *nihil peccat nisi quod nihil peccat*, which is exactly parallel to the *faultily faultless* of Tennyson’s *Maud*.

2. *Quod autem quaeris*] Boot quotes an explanation by Huschke of this difficult passage, of which he himself ap-

proves, and of which we append a summary (cp. Rein, *Privatrecht der Römer*, p. 671):—Cicero leaves to the judgment of Atticus the day on which he is to proceed against Dolabella, only expressing a hope that it will take place at a time when it may not be unsuitable for him to be in Rome. As to the money due to him by Dolabella, Cicero wishes to pursue his rights to the full, but at the same time to save Dolabella any extreme or unnecessary humiliation. How is this to be done? He could (1) sue Dolabella, and if he did not appear, and his agents (*procuratores*) failed to satisfy the claim, he could levy a distraint on the goods of the defaulter. This he rejects as involving too great a public exposure of Dolabella. He could also (2) sue the sureties (*sponsors*). But he feels ‘it has an ugly look’ (*videtur habere quandam δυσωπίαν*), to take this step. Huschke, in explanation of this, refers to the testimony of various Roman Juris consulti

venerit, primum velim eius modi sit, ut non alienum sit me Romae esse, de quo, ut de ceteris, faciam, ut tu censueris. De summa autem agi prorsus vehementer et severe volo. Etsi sponsores appellare videtur habere quamdam *δυσωπίαν*, tamen hoc quale sit consideres velim. Possum enim, ut sponsores appellentur, procuratores introducere—neque enim illi litem contestantur—, quo facto non sum nescius sponsores liberari. Sed et illi turpe arbitror eo nomine, quod satis dato debeat, procuratores eius non dissolvere, et nostrae gravitatis ius nostrum sine summa illius ignominia persequi. De hoc quid placeat rescribas velim, nec dubito quin hoc totum lenius administraturus sis. 3. Redeo ad rem publicam. Multa mehercule a te saepe ἐν πολιτικῷ genere prudenter, sed his litteris nihil prudentius: ‘quamquam enim potest et in praesentia belle iste puer retundit Antonium, tamen exitum exspectare debemus.’ At quae contio! Nam est missa mihi. Iurat ‘ita sibi parentis honores consequi liceat’ et simul dextram intendit ad statuam. Μηδὲ σωθείην ὑπό γε τοιούτου! Sed, ut scribis, certissimum esse video discrimen Cascae nostri

and to Quintilian, Declam. 273, in which a surety pleads that, unless the real debtor is first proceeded against, it is very sharp practice, and almost dishonest, to seek to exact the money from the surety. Cicero, however, tells Atticus to turn over the question whether such a course would be too sharp practice; but apparently feeling that it would, he suggests another course (3). This is to draw the agents into the case (*procuratores introducere*), by suing the *procuratores* when he could not sue the debtor. They, perhaps, would not pay, and then there would be nothing harsh in coming down on the sureties, the real debtor having been, in effect, first approached through his *procuratores*. The objection to this course is, that if the *procuratores* should contest the debt, this would estop the case against the sureties. ‘But,’ writes Cicero, ‘they will never take this step (*neque illi litem contestantur*). It is disgrace enough for him that his *procuratores* should refuse to pay for him money lent to him on security, and my position demands that I should save my former son-in-law from extreme and unnecessary humiliation in the pursuit of my own rights.’ Cicero thinks that the result of course (3) will be either

that the *procuratores* will pay the money, or that they will shift the responsibility on the *sponsores*, but he feels sure they will not contest the debt. *Quo facto = quod si fiat = si procuratores litem contestentur*.

3. *potest et in praesentia*] ‘though the lad is strong, and is for the present foiling Antony charmingly.’ *Potest et* is the emendation of Gronovius for *postea*. Many editors supply *retundere* after *potest*, but Lehmann, p. 15, has clearly established the absolute use of *posse*, ‘to be powerful,’ ‘to occupy a strong position,’ at least in the letters of Cicero.

contio] Two different harangues (*contiones*) were made by Octavian on the introduction of the tribune Canutius—one that which Cicero mentions with condemnation in a letter to Cassius, Fam. xii. 3 (791); a more recent one to which he refers here.

Μηδὲ σωθείην] These are the words of Cicero himself, so that he did not approve of this *contio* either.

discrimen] ‘criterion,’ ‘test.’ The way in which Octavian would behave towards Casca, one of the murderers of Caesar, would afford a criterion of his future conduct and policy. *Certamen* is

tribunatum, de quo quidem ipso dixi Oppio, cum me hortaretur, ut adolescentem totamque causam manumque veteranorum complecterer, me nullo modo facere posse, ni mihi exploratum esset eum non modo non inimicum tyrannoctonis, verum etiam amicum fore. Cum ille diceret ita futurum, 'Quid igitur festinamus?' inquam. Illi enim mea opera ante Kalend. Ianuar. nihil opus est: nos autem eius voluntatem ante Idus Decembr. perspicemus in Casca. Valde mihi adsensus est. Quam ob rem haec quidem haec. Quod reliquum est, cotidie tabellarios habebis et, ut ego arbitror, etiam quod scribas habebis cotidie. Leptae litterarum exemplum tibi misi, ex quo mihi videtur στρατύλλαξ ille deiectus de gradu. Sed tu, cum legeris, existimabis.

4. Obsignata iam epistola litteras a te et a Sexto accepi. Nihil iucundius litteris Sexti, nihil amabilius: nam tuae breves; priores erant uberrimae. Tu quidem et prudenter et amice suades, ut in his locis potissimum sim, quoad audiamus haec, quae commota sunt, quorsus evadant. 5. Sed me, mi Attice, non sane hoc quidem tempore movet res publica—non quo aut sit mihi quidquam carius aut esse debeat, sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam; qua re ista valeant—me res familiaris movet, rem dico? immo vero existimatio. Cum enim tanta reliqua sint, ne Terentiae quidem adhuc quod solvam expeditum est. Terentiae dico? Scis nos pridem iam constituisse Montani nomine HS. xxv dissolvere. Pudenter hoc Cicero petierat, uti de suo, et liberalissime, ut tibi quoque placuerat: promiseram, Erotique dixeram, ut sepositum haberet. Non modo sed inquis-

used in this sense by Plautus, Bacch. iii. 2, 15—

Nunc specimen spectitur nunc certamen cernitur.

ita futurum] sc. amicum tyrannoctonis futurum.

στρατύλλαξ ille] 'the *petit caporal* has had a staggerer.' There had recently been some desertion to Octavian in the forces to Antony. *Deiectus de gradu* is a technical term in the description of gladiatorial conflicts.

4. *Sexto]* Peducaeo.

priores] We agree with Boot, that it is not quite clear to what letter *priores* refers. Certainly not to the letter from Peducaeus. Boot ingeniously suggests *etsi res for priores*.

quae commota sunt] ep. *quae norantur*, 80½ *fin.*

5. *rem]* Boot would read *res*, and probably rightly. It is the custom of Cicero, in repetition, to preserve the case and exact form of the word repeated, as in *Terentiae dico* in this section, and the examples cited by Boot from Pliny, *eum dico* princeps, Ep. iii. 2, 2; *cum dico* balinei, ib. 5, 14.

Montani nomine] see on Att. xii. 52, 1 (599).

uti de suo] sc. *sit*, 'that it should be out of his pocket.'

Non modo sed] 'not only has Eros neglected my injunction to put this sum aside for settling the debt of Montanus, but [his action has been such that]

simo fenore versuram facere Aurelius coactus est. Nam de Terentiae nomine Tiro ad me scripsit te dicere nummos a Dolabella fore. Male eum credo intellexisse, si quisquam male intellegit, potius nihil intellexisse. Tu enim ad me scripsisti Cocceii responsum et iisdem paene verbis Eros. 6. Veniendum est igitur vel in ipsam flammam. Turpius est enim privatim cadere quam publice. Itaque ceteris de rebus, quas ad me suavissime scripsisti, perturbato animo non potui ut consueram rescribere. Consenti hac cura, ubi sum, ut me expediam: quibus autem rebus, venit quidem mihi in mentem, sed certi constituere nihil possum, prius quam te videro. Qui minus autem ego istis recte esse possim quam est Marellus? Sed non id agitur, neque id maxime curo. Quid cures vides. Adsum igitur.

Aurelius (the agent of Montanus) has been obliged to raise the money to pay the loan, at an exorbitant rate of interest.' The expression, however, is far from satisfactory, and we should probably read with Wesenberg, after Pius, *non modo versuram facere sed iniquissimo fenore A. coactus est.*

fore] sc. *solutum iri.*

si quisquam male intellegit] The words are invariably explained, 'if ever a man fell into a misapprehension.' But this would require *intellexit*. Hence Boot reads *si quicquam male intellegit*, 'if Tiro ever makes a mistake.' But might we not retain *quisquam*, and understand the passage to mean 'I believe Tiro apprehended the matter wrongly, if a man ever apprehends wrongly,' that is, 'if it be possible to speak of a man's apprehending a thing wrongly,' when, as a matter of fact, he either apprehends it, or does not apprehend it? Accordingly, Cicero substitutes *nihil intellexisse*, 'he misapprehended the matter,' for *male int.* 'he apprehended it wrongly.'

Cocceii responsum] Cocceius, as a man of business, cognizant of the affairs of Dolabella, had assured Atticus and Eros that they could not hope for any advance from Dolabella.

6. *cadere*] 'to be ruined' (financially); but *cadere* also might refer to the ruin of the republic, which was impending. Cicero says, 'I must come and join you in Rome, even though I am walking into the midst of the conflagration [I must see what I can do with my affairs], for disgraceful as is our public ruin, private ruin is still more humiliating.'

ubi sum] We have omitted *in*, which appears in the mss after *consenti*, and translate, 'Agree that I be able to extricate myself from the difficulty in which I now am.' This is a slighter change than to alter *ubi sum* to *meum* with Boot, who also approves (Mnem. 1893, p. 120) of Wesenberg's *contende* for *consenti*. Madvig (A. C. iii. 192) proposes *consenui*; Klotz, *contendi*. For *ubi* = *in qua*, cp. Plaut. Asin. iv. 1, 22; Cic. De Orat. i. 243.

quibus autem rebus] 'by what means I shall effect this [the raising of money for the discharge of my outstanding debts] I have an idea, but I cannot develop it clearly till I see you.'

istic] in Rome.

Adsum] 'I am off.' Cicero does not seem to have actually arrived in Rome till about December 9. He did not leave the city again till the autumn of the following year: see Ruete, p. 37 ff.

DCCCVIII. PLANCUS TO CICERO (FAM. X. 4).

GALLIA COMATA ; NOVEMBER (END) ; A. U. C. 710 ; B. C. 44 ;
AET. CIC. 62.

L. Munatius Plancus superioribus M. Ciceronis litteris rescribens agnoscit benevolentiam monitoris seseque in potestate rei publicae fore pollicetur.

PLANCUS CICERONI.

1. Gratissimae mihi tuae litterae fuerunt, quas ex Furnii sermone te scripsisse animadverti. Ego autem praeteriti temporis excusationem adfero, quod te profectum audieram, nec multo ante redisse scii, quam ex epistola tua cognovi; nullum enim in te officium, ne minimum quidem, sine maxima culpa videor posse praeterire, in quo tuendo habeo causas plurimas vel paternae necessitudinis vel meae a pueritia observantiae vel tui erga me mutui amoris. 2. Qua re, mi Cicero, quod mea tuaque patitur aetas, persuade tibi te unum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem. Omnia igitur tua consilia mihi non magis prudentiae plena, quae summa est, videntur quam fidelitatis, quam ego ex mea conscientia metior: qua re si aut aliter sentirem, certe admonitio tua me reprimere aut, si dubitarem, hortatio impellere posset, ut id sequerer, quod tu optimum putares. Nunc vero quid est, quod me in aliam partem trahere possit? Quaecumque in me bona sunt aut fortunae beneficio tributa aut meo

There is an elaborate treatise *De L. Munatii Planci sermone* by August Rhodius (Bautzen, 1896), to which we are much indebted.

1. *litterae*] i.e. both Fam. x. 1 and 3 (787, 789).

Furnii sermone] cp. Fam. x. 3, 1 (789). *redisse*] The return of Cicero referred to here is not that from Puteoli in December, but the return from his intended voyage into Greece in August. The answer to this letter, viz. Fam. x. 5 (810), was most probably written before December 20, as otherwise Cicero would have made mention of the meeting of the senate held on that day, especially when

Plancus had made a definite request for the most important political news.

scii . . . cognovi] There is no practical distinction here between the general *scii*, 'know,' and the more particular *cognovi*, 'learn.'

vel tui erga me mutui amoris] 'the reciprocated love you feel for me.'

2. *patriam . . . sanctitatem*] 'I have set before myself the duty of filial reverence.' *Patrius* is what belongs to the position of the father as head of the family: *paternus* is simply what comes from the father.

quam fidelitatis] 'than sincerity, and I can measure that from my own knowledge.'

labore parta, etsi a te propter amorem carius sunt aestimata, tamen vel inimicissimi iudicio tanta sunt, ut praeter bonam famam nihil desiderare videantur. 3. Qua re hoc unum tibi persuade, quantum viribus eniti, consilio providere, auctoritate monere potuero, hoc omne rei publicae semper futurum. Non est ignotus mihi sensus tuus; neque, si facultas—optabilis mihi quidem—tui praesentis esset, unquam a tuis consiliis discreparem, nec nunc committam ut ullum meum factum reprehendere iure possis. 4. Sum in exspectatione omnium rerum, quid in Gallia citeriore, quid in urbe mense Ianuario geratur ut sciam. Interim maximam hic sollicitudinem curamque sustineo, ne inter aliena vitia haec gentes nostra mala suam putent occasionem. Quod si proinde, ut

bonam famam] This is a reference to what Cicero had said, Fam. x. 3, 3 (789), *cum homines existimarent te nimis servire temporibus*.

3. *Qua re hoc . . . futurum*] 'Wherefore persuade yourself of this, that anything my powers can effect, my prudence foresee, my influence recommend, shall be always and completely at the service of the state.' The first hand of M and H have *movere*; but as the immediate effect of *auctoritas* is admonition and persuasion, which afterwards issues in action, *monere* is the preferable reading, though *movere*, 'set in motion,' is possible. Orelli compares Fam. ix. 24, 4 (820), *nullum locum praetermittit monendi, agendi, providendi*.

neque si . . . discreparem] 'nor if I had the opportunity, which indeed I earnestly long for, of being with you, would I ever be at variance with your plans.' Cicero would probably have used the gerundive after *facultas*, e.g. *tui videndi*.

4. *ut sciam*] *Ut* is governed by *exspectatione*, and *sciam* governs *quid*. 'We are in a general state of expectation of learning what is being done.' This is a clumsy sentence for such a good writer as Plancus, and accordingly Wesenberg proposes to supply *fac* or *tu fac* before *sciam*; and Baiter to omit *ut sciam*. Rhodius (p. 8, note; cp. 29, note), however, objects to the text, not only on account of its awkwardness, but also on another ground. He says *esse in exspectatione* is always used passively, 'to be waited for,' or 'expected,' not actively, 'to be in a state of expectation': cp. 817, 2; Fam. ii. 3, 2 (169); Plaut. Mil. iv. 5, 64, *vide ne sis*

in exspectatione; also Capt. ii. 2, 3, *tibi ne in quaestione essemus cautum intellego*. This is interesting, and undoubtedly true when *in exspectatione* is used by itself; but we are not quite certain that the following objective genitive, *omnium rerum*, does not justify the active use, which, without it, would not be possible. Rhodius suggests *cura* for *sum*. This makes good sense, but we can hardly agree with him when he says that it is the slightest possible change. He would translate: 'See, when news of every sort is being looked for, that I am informed of what is done in Gaul and Rome next January.' For *in exspectatione* thus used he compares Fam. xv. 4, 5 (238), *in hoc tanto motu tantaque exspectatione maximi belli rex Deiotarus . . . misit*, a passage which, in some measure, supports the view we have advocated above.

Ianuario] This does not necessarily prove that the letter was written in December. For a long time there was general interest felt as to what would happen on January 1st: cp. Att. xvi. 11, 6 (426); 15, 3 (430), written in November; cp. Fam. xi. 6, 2 (812), so that the letter may have been written in November, and the answer of Cicero, Fam. x. 5 (810), written about the middle of December: see note to that letter.

Interim . . . occasione] 'Meantime I am here in the greatest trepidation and anxiety lest, amid the faults of others, these Gallic tribes may consider our difficulty to be their opportunity': cp. Dem. Olynth. i. 24, *δεῖ τοίνυν ὑμᾶς τὴν ἀκαιρίαν τὴν ἐκείνου καιρὸν ὑμέτερον νομίσαντες ἐτόλμως συνάρασθαι τὰ πράγματα*; also

ipse mereor, mihi successerit, certe et tibi, cui maxime cupio, et omnibus viris bonis satis faciam. Fac valeas meque mutuo diligas.

DCCCIX. CICERO TO DECIMUS BRUTUS (FAM. XI. 5).

ROME; SHORTLY AFTER DECEMBER 9; A. U. C. 710; B. C. 44;

AET. CIC. 62.

M. Cicero excusat se quod Bruti litteris non responderit, hortatur ad libertatem recuperandam, studium suum et officia pollicetur.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

1. Lupus familiaris noster cum a te venisset cumque Romae quosdam dies commoraretur, ego eram in iis locis, in quibus maxime tuto me esse arbitrabar: eo factum est, ut ad te Lupus sine meis litteris rediret, cum tamen curasset tuas ad me perferendas. Romam autem veni a. d. v. Idus Dec., nec habui

Aristotle's well-known remark about the Helots (Pol. ii. 9, 2), ὡσπερ γὰρ ἐφεδρεύοντες τοῖς ἀτυχήμασι (sc. τῶν Λακεδαιμονίων) διατελοῦσιν; and O'Connell's admonition that 'England's difficulty is Ireland's opportunity.'

mihi successerit] 'if I come off as well as I deserve.' For this impersonal use cp. Q. Fr. ii. 12 (14), 1 (139), *sed si ex sententia successerit*.

cui . . . cupio] cp. Q. Fr. i. 2, 10 (53), *Quid? Ego Fundanio non cupio? non amicus sum?* Cicero, as Rhodius points out (p. 6), more usually says, *cupio omnia alicuius causa*, e.g. Fam. xiii. 75, 1 (178); 879, 2; Verr. ii. 180.

Fac valeas meque mutuo diligas] This is the form which Plancus, and apparently Plancus alone of Cicero's correspondents, most usually employs in ending his letters.

1. *Lupus*] This may have been the P. Rutilius Lupus who was tr. pl. in 698 (56), and moved that Pompey should restore Ptolemy Auletes: cp. Fam. i. 1, 3 (95); 2, 2 (96); Q. Fr. ii. 1, 1 (93). He was praetor in 705 (49), and acted for Pompey in Spain: cp. Caes. B. C. i. 24, 3; Att. viii. 12 a, 4 (331). Though

Cicero insinuates that Lupus acquiesced in Caesar's administration, ep. Att. ix. 1, 2 (353), Pompey trusted him sufficiently to entrust him with the duty of holding Achaëa against the Caesarians; cp. Caes. B. C. iii. 55, 2. Orelli thinks that the Lupus referred to in these letters is a different man, a legatus of D. Brutus, and known only in these negotiations.

in iis locis] cp. introductory note to F. xi. 4 (796).

tuas] This letter is not extant.

a. d. v. Idus Dec.] This reading of the mss is to be retained. Ruete, in an elaborate note (pp. 35-7), wishes to alter *Idus* to *Kal.*: cp. Att. xv. 11, 1 (744), for the reverse change. The question is—Was the meeting at Cicero's house, cp. Fam. xi. 7, 1 (811), which was convened by Lupus, held before or after his journey to Mutina, in December? If before, we must almost certainly follow Ruete, for it is quite impossible that Lupus can have left Rome later than December 8. From Fam. xi. 6, 1 (812), it appears that Lupus arrived in Rome on December 18th, probably in the evening, on the sixth day after leaving Mutina. If we suppose that he journeyed from Rome at express speed, and returned at once, he cannot have left Rome later

quicquam antiquius, quam ut Pansam statim convenirem; ex quo ea de te cognovi, quae maxime optabam. Qua re hortatione tu quidem non eges, si ne in illa quidem re, quae a te gesta est post hominum memoriam maxima, hortatorem desiderasti. 2. Illud tamen breviter significandum videtur, populum Romanum omnia a te exspectare atque in te aliquando recuperandae libertatis omnem spem ponere. Tu, si dies noctesque memineris, quod te facere certo scio, quantam rem gesseris, non obliviscere profecto, quantae tibi etiam nunc gerendae sint: si enim iste provinciam nactus erit, cui quidem ego semper amicus fui ante, quam illum intellexi non modo aperte, sed etiam libenter cum re publica bellum gerere, spem reliquam nullam video salutis. 3. Quam ob rem te obseero isdem precibus, quibus senatus populusque Romanus, ut in perpetuum rem publicam dominatu regio liberet, ut principiis consentiant exitus. Tuum est hoc munus, tuae partes; a te

than December 8. If the meeting was held *after* the return of Lupus (as we hold it was), it was held on the morning of the 19th: ep. Fam. xi. 6, 1 (812), *Lupus noster cum Romam sexto die Mutina renisset, postridie ne mane convenit*. In the letter which informed Brutus of that meeting, viz. Fam. xi. 7 (811), Cicero warns him that he must act on his own responsibility, for Cicero was not at all sure that the senate would so cordially approve of the conduct of Brutus as it did next day. Fam. xi. 7 (811) was brought to Brutus by Graecius, and news of part of the meeting had been previously conveyed by Seius, who was present

during the beginning of the conference, but left for Mutina before it was completed. Next day, the 20th, in the morning, Cicero attended the senate, and delivered the third Philippic. The house was probably a small one, see note to Fam. xii. 22, 3 (813), as most of Antony's partisans would naturally absent themselves; and thus the senate passed a vote confirming the action which Brutus had taken on his own responsibility: though, on the other hand, it is quite possible that the whole senate then, as on other occasions, let itself be led by the vigour and eloquence of Cicero. The course of events appears to have been as follows:—

December 8,	.	.	Lupus leaves for Mutina.
„	9,	.	Cicero returns to Rome.
„	11 (about),	.	Cicero writes Fam. xi. 5 (809).
„	18 (evening),	.	Lupus returns to Rome.
„	19	.	Lupus has a conference with Cicero and others. Cicero writes Fam. xi. 7 (811).
„	20,	.	Meeting of senate in which Cicero delivers Philippic iii.
„	20 (evening),	.	Cicero writes Fam. xi. 6 (812).

desiderasti] ‘did not feel the want of.’ Andresen is over-subtle in seeing here an expression of discontent on Cicero’s part, at the fact that he was not consulted as to the advisability of assassinating Caesar. There is not any essential difference between *desiderasti* and *eges*.

2. *iste*] ‘that man of yours,’ i.e. he who is trying to wrest the province

from you, viz. Antony. Cicero feels bound to offer some sort of excuse for his former friendship with Antony. In Fam. xvi. 23, 2 (754), he speaks of a desire to maintain *Antonii inveteratam amicitiam*.

3. *ut principiis . . . exitus*] ‘that the conclusion may harmonize with the beginnings.’

hoc civitas vel omnes potius gentes non exspectant solum, sed etiam postulant: quamquam, cum hortatione non egeas, ut supra scripsi, non utar ea pluribus verbis; faciam illud, quod meum est, ut tibi omnia mea officia, studia, curas, cogitationes pollicear, quae ad tuam laudem et gloriam pertinebunt. Quam ob rem velim tibi ita persuadeas, me cum rei publicae causa, quae mihi vita mea est carior, tum quod tibi ipsi faveam tuamque dignitatem amplificari velim, tuis optimis consiliis, amplitudini, gloriae nullo loco defuturum.

DCCCX. CICERO TO PLANCUS (FAM. X. 5).

ROME; DECEMBER (MIDDLE); A. U. C. 710; B. C. 44; AET. CIC. 62.

M. Cicero denuo L. Plancum ad suscipiendam conservandamque rem p. gloriae stimulis instigare studet.

CICERO PLANCO SAL.

1. Binas a te accepi litteras eodem exemplo, quod ipsum argumento mihi fuit diligentiae tuae: intellexi enim te laborare, ut

ut tibi . . . pertinebunt] 'to promise you in every respect my zealous service and my anxious thought, which will be devoted to your renown and glory.' We think it better to take *officia . . . cogitationes* as antecedent to *quae* (which is in the neuter, owing to the diverse genders of those antecedents) than either to supply, or understand, something like *in rebus omnibus* after *pollicear*. Andr. and Mr. Jeans, however, adopt the latter alternative. Mr. Jeans translates, 'I will promise you my zeal and service, my care and study, in all that shall be seen to concern your name and glory.'

tum quod . . . defuturum] 'and also, because, as you know, I am devoted to your interests, and desire the advancement of your present high position, I shall never fail to support your patriotic policy, your dignity, and renown.' As Mr. Watson points out, the subjunctive *faveam* is virtual oblique.

This letter is certainly an answer to Fam. x. 4 (808); cp. note on *paternae necessitudinis*, § 1. It cannot have been written after December 20, else Cicero

would surely have told Plancus about the third Philippic and the motion relative to Plancus with which it concludes (§ 38, *senatum ad summum rem p. pertinere arbitrari ab D. Bruto et L. Planco imperatoribus, consulibus designatis, itemque a ceteris, qui provincias obtinent, obtineri ex lege Julia quoad ex senatus consulto cuique eorum successum sit*), especially as Plancus had asked for political news; moreover, Cicero had made mention of this speech in letters addressed to D. Brutus, Fam. xi. 6, 2 (812); Trebonius, x. 28, 2 (819); Cornificius, xii. 22, 3 (813). Nor is it likely that the letter was written in January, for then certainly Cicero would have spoken of the embassy sent to Antony, and the anxiety of everyone as to its result, as he did to Cornificius, xii. 24, 1 (817), and to D. Brutus, xi. 8, 1 (816), in January. Nor was it written in February, for then he would have related the exciting events which occurred in that month, when the ambassadors returned. On the contrary, the letter has all the appearance of having been written when there was no definite news to tell.

1. *eodem exemplo*] 'of the same tenour.'

ad me mihi exspectatissimae litterae perferrentur, ex quibus cepi fructum duplicem mihi in comparatione difficilem ad iudicandum, amoremne erga me tuum an animum in rem publicam pluris aestimandum putarem. Est omnino patriae caritas meo quidem iudicio maxima, sed amor voluntatisque coniunctio plus certe habet suavitatis. Itaque commemoratio tua paternae necessitudinis benevolentiaeque eius, quam erga me a pueritia contulisses, ceterarumque rerum, quae ad eam sententiam pertinebant, incredibilem mihi laetitiam attulerunt. 2. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de re publica quemque habiturus esses, mihi erat incundissima, eoque maior erat haec laetitia, quod ad illa superiora accedebat. Itaque te non hortor solum, mi Plance, sed plane etiam oro, quod feci iis litteris, quibus tu humanissime respondisti, ut tota mente omnique animi impetu in rem publicam incumbas: nihil est, quod tibi maiori fructui gloriaeque esse possit, nec quicquam ex omnibus rebus humanis est praeclarior aut praestantius quam de re publica bene mereri. 3. Adhuc enim—patitur tua summa humanitas et sapientia me, quod sentiam, libere dicere—fortuna suffragante videris res maximas consecutus, quod quamquam sine virtute non potuisses tamen ex maxima parte ea, quae es adeptus, fortunae temporibusque tribuuntur: his temporibus difficillimis rei publicae quicquid subveneris, id erit totum et proprium tuum. Incredibile est omnium civium latronibus exceptis odium in Antonium, magna spes in te et in tuo exercitu, magna exspectatio; cuius, per deos! gratiae gloriaeque cave tempus

Danger of miscarriage, as well as danger of delay, frequently induced Romans to write duplicates of letters. For an example cp. Fam. xi. 16 and 17 (888, 889). *voluntatisque coniunctio*] 'sympathy.' *paternae necessitudinis*] cp. Fam. x. 4, 1 (808), in quo (sc. officio) tuendo habeo causas plurimas vel paternae necessitudinis vel meae a pueritia observantiae vel tui erga me mutui amoris.

attulerunt] This is the reading of all the mss. Lambinus, Klotz, Wesenberg correct to *attulerat*, as there is only a singular nominative, *commemoratio*. Baiter has *attulit*; Götthe (p. 79) proposes *attulit: rerum rursus*. But it may very well have been a slight inaccuracy on the part of Cicero, owing to the fact that the sense implies several *commemorationes*, and also owing to the clause *ceterarumque*

rerum quae ad eam sententiam pertinebant, which intervenes, and comes just before the principal verb of the sentence.

2. *ad illa superiora*] 'to what you said above.'

omnique animi impetu] 'with all the enthusiasm of your nature.'

3. *quod sentiam libere dicere*] 'to express freely my sentiments,' i.e. my sentiments generally. Wesenberg (E. A. 33) wishes to read *quid sentiam*, which would mean his sentiments on this particular matter, 'to give you freely my opinion': cp. Roby, § 1763, "*dico quod sentio*, 'I say what I mean' = 'I mean what I say'; *dico quid sentiam*, 'I give you my opinion.'"

cuius . . . amittis] 'and, in the name of heaven, do not lose the opportunity of gaining that popularity and renown.'

amittas. Sic moneo ut filium, sic faveo ut mihi, sic hortor ut et pro patria et amicissimum.

DCCCXI. CICERO TO DECIMUS BRUTUS (FAM. XI. 7).

ROME ; DECEMBER 19 ; A. U. C. 710 ; B. C. 44 ; AET. CIC. 62.

M. Cicero D. Bruto suadet, ut salutem populi Romani suo ipsius arbitrato tueatur, senatus auctoritatem non exspectet.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

I. Cum adhibuisset domi meae Lupus me et Libonem et Servium, consobrinum tuum, quae mea fuerit sententia, cognosse te ex M. Seio arbitror, qui nostro sermone interfuit: reliqua, quamquam statim Seium Graeceius est subsecutus, tamen ex Graecio poteris cognoscere. 2. Caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere et meminisse volo, ut ne in libertate et salute populi Romani conservanda auctoritatem senatus exspectes

sic faveo ut mihi] Gitlbauer and Mendelssohn compare Fam. x. 3, 2 (789), *his de causis mirabiliter faveo dignitati tuae quam mihi tecum statuo debere esse communem*.

ut et pro patria] If this is right as it stands, and if we are not to supply something like *propugnans* before *pro patria*, we can only suppose that it is an example of an ellipse of a verb of action, which often occurs in the comic drama (cp. Dräger, i. 196), and occasionally in Cicero, e.g. Phil. i. 6, *nihil per senatum, multa et magna per populum* (sc. *agebantur*); Att. i. 16, 12 (22), *alterum, cuius domi divites habitarent, adversus rem publicam* (sc. *facere*).

On the date of this letter see note to Fam. xi. 5, 2 (809).

1. *Libonem*] Bill. supposes that this Libo was the father-in-law of Sextus Pompeius, who had held command of the fleet in the Civil War: cp. Caes. B. C. iii. 5, 3. We have seen that a Lupus (probably the same man that is mentioned here)

acted in concert with this Libo twelve years before, in the proposal that Pompey the Great should restore Auletes: cp. Fam. i. 1, 3 (95).

Servium] Servius Sulpicius Galba, the great-grandfather of the emperor. We have a letter from him to Cicero, describing the battle of Forum Gallorum, Fam. x. 30 (841).

M. Seio] probably the son of M. Seius, who is mentioned in Fam. ix. 7, 1 (462); Att. xii. 11 (502), as a friend of Cicero's. In 680 (74) M. Seius the elder gave a large donation of corn to the people during a famine, and thus blotted out the disgrace under which he laboured for some unknown crime (Off. ii. 58; Plane. 12).

Graecius] a friend, and perhaps a legatus, of D. Brutus: cp. Att. xv. 8, 2 (741).

2. *volo*] Most mss give *volam*, some *velim*, some *volumus*: see Adn. Crit. One of Mr. Allen's codd. reads as in the text, thus confirming an emendation of Wesenberg's (E. A. 38): cp. Fam. xvi. 27, 2 (815), where the mss give *scio* for *sciam*.

auctoritatem] 'authorization.'

nondum liberi, ne et tuum factum condemnes—nullo enim publico consilio rem publicam liberavisti; quo etiam est res illa maior et clarior—, et adolescentem vel puerum potius Caesarem iudices temere fecisse, qui tantam causam publicam privato consilio susceperit, denique homines rusticos, sed fortissimos viros civesque optimos, dementes fuisse iudices, primum milites veteranos comilitones tuos, deinde legionem Martiam, legionem quartam, quae suum consulem hostem iudicaverunt seque ad salutem rei publicae defendendam contulerunt. Voluntas senatus pro auctoritate haberi debet, cum auctoritas impeditur metu. 3. Postremo suscepta tibi causa iam bis est, ut non sit integrum: primum Idibus Martiis, deinde proxime, exercitu novo et copiis comparatis. Quam ob rem ad omnia ita paratus, ita animatus debes esse, non ut nihil facias nisi iussus, sed ut ea geras, quae ab omnibus summa cum admiratione laudentur.

nullo . . . liberavisti] ‘no official body authorized you to free our country.’

vel puerum potius] cp. Phil. iii. 3, *C. Caesar, adolescens paene potius puer*—he was eighteen at this time.

iudices] We must continue to understand *ut ne* before this verb both here and in the next clause.

privato consilio] ‘of his own individual motion’: cp. Phil. iii. 3, *Quo enim usque tantum bellum tam crudele tam nefarium privatis consiliis propulsabitur*; Mon. Ancyr. i. 1, *Annos undeviginta natus exercitum privato consilio et privata impensa comparavi*.

homines rusticos] The reference is to the veterans of Julius Caesar, who had obtained land, and become husbandmen. It was at Calatia and Casilinum that young

Octavius was first successful in winning over his father’s veterans (Vell. ii. 61).

legionem Martiam] This legion had deserted Antony about the middle of November; some days later the Fourth also deserted him. They had both stationed themselves at Alba.

3. *Postremo . . . integrum*] ‘Finally you have taken your side already on two occasions, so that you have committed yourself (or ‘so that it is not open to you to refer the matter to the senate’); first, on the Ides of March; lately, by the raising of your new army and forces.’ D. Brutus had raised recruits in Cisalpine Gaul: cp. Appian, B. C. iii. 49. For this use of *integrum* cp. Att. xv. 23 (756), *quoad erit integrum: erit autem usque dum ad navem*; also Phil. i. 26.

DCCCXII. CICERO TO DECIMUS BRUTUS (FAM. XI. 6).

ROME ; DECEMBER 20 (EVENING) ; A. U. C. 710 ; B. C. 44 ; AET. CIC. 62.

M. Cicero D. Bruti dignitatem sibi curae fore idque iam in senatu declaratum esse scribit.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

et tam perturbato statu civitatis fructuosissimam esse professionem bonae voluntatis, magnosque honores ex ea re complures consecutos videbam; sed, cum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut celeriter pollicendo magna mihi ipse ad proficiendum impedimenta opponerem aut, si in eo mihi temperavissem, maiores occasiones ad opitulandum haberem, expeditius iter communis salutis quam meae laudis esse volui. Nam quis in ea fortuna, quae mea est, et ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, et cum ea spe, quam in manibus habeo, aut sordidum quidquam pati aut perniciosum concupiscere potest? 3. Sed aliquantum nobis temporis et magni labores et multae impensae opus fuerunt, ut, quae rei publicae bonisque omnibus polliceremur, exitu praestaremus neque ad auxilium patriae nudi cum bona voluntate, sed cum facultatibus accederemus. Confirmandus erat exercitus nobis, magnis saepe praemiis sollicitatus, ut ab re publica potius moderata quam ab uno infinita speraret; confirmandae complures civitates, quae superiore anno largitionibus concessionibusque praemiorum erant obligatae, ut et illa vana putarent et eadem a melioribus auctoribus petenda existimarent; eliciendae etiam voluntates reliquorum, qui finitimis provinciis exercitibusque praefuerunt, ut potius cum pluribus societatem defendendae liber-

wish to seem to have made an atonement for a past fault, but now, in the fulness of time, to be stating what a loyal mind has been long pondering.'

2. *complures*] Watson mentions Lepidus, Octavian, Egnatuleius (Phil. v. 41, 46, 52).

demisisset] cp. Fam. ix. 1, 4 (456).

ad proficiendum impedimenta] 'hindrances to doing any service': cp. for *ad* after *impedimentum*, Rosc. Am. 149; Caes. B. G. ii. 25, 1; B. C. i. 62, 2.

expeditius] 'I wished that there should be less obstacles in the way of the safety of the state than in the path of my renown.'

ab ea vita] 'after that life which I think is known to men in my case.' For *ab*, 'after,' cp. Fam. viii. 4, 1 (206), and note. It is very common in Livy, cp. Roby, § 1807. For *in* = 'in the case of,' cp. Phil. xiv. 9, *quae in Parmensium liberis et coniugibus effecerit*; Verg. Aen. ii. 541, *Talis in hoste fuit Priamo*, quoted by Roby, § 1978.

spe] That of the consulship, which Plancus was to hold next year.

sordidum] 'disgrace' (from connexion with Antony); *perniciosum*, 'dangerous,' to the state.

3. *opus fuerunt*] For this personal use of *opus esse*, cp. De Invent. ii. 57; Fam. ii. 6, 4 (177); Plaut. Capt. i. 2, 56, *maritumi milites opus sunt tibi*.

exitu praestaremus] 'eventually fulfil.' *nudi . . . facultatibus*] 'not naked of means, however loyal in heart, but with resources' (Jeans); 'not in the nakedness of mere loyalty, but with resources.'

sollicitatus] by Antony, who is also referred to in *imo*.

concessionibusque praemiorum] 'by grants of privileges': cp. Phil. ii. 92, 97; iii. 30; Att. xiv. 12, 1 (715).

a melioribus auctoribus] 'by more legitimate donors.'

praefuerunt] We should not follow Manutius, Wesenberg, and Rhodius, in altering to *praesunt*. The remarks of Plancus all apply to the past: he is thinking

tatis iniremus, quam cum paucioribus funestam orbi terrarum victoriam partiremur. 4. Muniendi vero nosmet ipsi fuimus aucto exercitu auxiliisque multiplicatis, ut, cum praeferremus sensus aperte, tum etiam invitis quibusdam sciri, quid defensuri essemus, non esset periculosum. Ita numquam diffitebor multa me, ut ad effectum horum consiliorum pervenirem, et simulasse invitum et dissimulasse cum dolore, quod, praematura denuntiatio boni civis imparati quam periculosa esset, ex casu collegae videbam. 5. Quo nomine etiam C. Furnio legato, viro forti atque strenuo, plura etiam verbo quam scriptura mandata dedimus, ut et tectius ad vos perferrentur et nos essemus tutiores, quibusque rebus et communem salutem muniri et nos armari conveniret praecepimus. Ex quo intellegi potest curam rei publicae summae defendundae iam pridem apud nos excubare. 6. Nunc, cum deum benignitate ab omni re sumus paratiores, non solum bene sperare de nobis homines, sed explorate iudicare volumus: legiones habeo

of those who *were* the governors of the provinces at the time he sounded their intentions, without in the least considering whether the same or different men *are now* holding the provinces.

ut potius . . . partiremur] 'that we should become partners with the majority in the defence of freedom, rather than share with the minority in a victory which would destroy the world.' Plancus means that his efforts were directed to securing such an overwhelming force in defence of the republic, that its opponents would not dare to fight, and in that way peace would be secured without a struggle. He preferred this course to throwing in his lot with the Antonians, who could at best only gain victory after such a severe contest that the state would be thereby ruined.

4. *praeferremus*] 'declared,' 'publicly expressed.' English idiom also, as well as Latin, would use the past tense in this case, even though it refers to the future. For *praeferre* in this sense cp. Rose. Am. 87. Süpfle remarks that Cicero would have said *aperte ferre*, Att. xiv. 13, 2 (718); Planc. 34.

etiam . . . periculosum] 'even though some were unwilling (abl. abs.), it might not be dangerous to have it generally known what cause we were purposing to defend.'

Ita] = *itaque*: cp. 824, 3.

simulasse] sc. friendship for Antony and desire of peace, cp. 826, 1; *dissimulasse*, sc. devotion to the senate.

quod . . . videbam] 'because I saw from the misfortunes of my colleague, D. Brutus, the danger of an over-hasty proclamation of loyalty in the case of a good citizen who is unprepared.' If D. Brutus had not declared himself so soon he would not have been besieged in Mutina. For *collegae* cp. 826, 1.

5. *Quo nomine*] 'on which account': cp. Fam. xiv. 3, 4 (84); ii. 1, 1 (166), and note.

Furnio] For the difference between what Plancus wrote and what Furnius said cp. 826, 1.

scriptura] 'writing': cp. Fam. xv. 21, 3 (450), *ea quae scriptura persecutus es*.

Ex quo . . . excubare] 'From which it can be seen that for a long time I have been keeping my attention awake to defend the best interests of the state.' As *summae* follows *rei p.*, we may assume that it is a substantive; at least such is Ciceronian usage. If it preceded *rei p.* it should be regarded as an adjective: cp. Rhodius, p. 12 *Excubare* is used strictly of a sentinel keeping guard.

6. *ab omni re*] 'in every respect.' For this sense of *ab*, cp. Att. i. 1, 2 (10), note: 860, 2, and Roby, § 1813.

explorate iudicare] 'to form a well-grounded judgment.'

quinque sub signis et sua fide virtuteque rei publicae coniunctissimas et nostra liberalitate nobis obsequentes, provinciam omnium civitatum consensu paratissimam et summa contentione ad officia certantem, equitatus auxiliorumque tantas copias, quantus hae gentes ad defendendam suam salutem libertatemque conficere possunt; ipse ita sum animo paratus, *ut* vel provinciam tueri vel ire, quo res publica vocet, vel tradere exercitum, auxilia provinciamque vel omnem impetum in belli in me convertere non recusem, si modo meo casu aut confirmare patriae salutem aut periculum possim morari. 7. Haec si iam expeditis omnibus rebus tranquilloque statu civitatis polliceor, in damno meae laudis rei publicae commodo laetabor; sin ad societatem integerrimorum et maximorum periculorum accedam, consilia mea aequis iudicibus ab obtrectatione invidiorum defendenda commendo. Mihi quidem ipsi fructus meritorum in rei publicae incolumitate satis magnus est paratus: eos vero, qui meam auctoritatem et multo magis vestram fidem secuti nec ulla spe decipi nec ullo metu terreri potuerunt, ut commendatos vobis habeatis, petendum videtur.

legiones habeo quinque] In 860, 3 (May 12), Plancus speaks of *quattuor legionibus expeditis*; and in 916, 3 (July 28), of *legiones veteranae tres, tiromon vel lueulentissima ex omnibus una*. In the latter passage he wishes to under-rate his forces; in the passage before us to represent them in the best possible light.

et summa . . . certantem] 'most eager and emulous to perform its duties': cp. Tac. Hist. ii. 97, *certaturi ad obsequium*.

ipse . . . morari] 'As for myself—while I am willing and ready either to defend my province, or to go wherever my country orders me, or to hand over to another my army, allied forces, and province—yet I do not flinch from turning the whole brunt of the war upon myself, if only I can, by incurring risk myself, either assure the safety of my country, or check the danger which threatens her.' H Pal omit *ita*; but it is improbable that

Plancus, in such an elaborate and studied letter as this is, would have varied the construction with *paratus* from the infinitive to subjunctive, though, of course, the latter construction is quite allowable: cp. Ter. Heaut. v. 1, 75, *Age iam uxorem ut aressat paret*. In either case we must supply *ut* before *vel*. Rhodius (p. 17) wishes to take *non recusem* as potential, so as to avoid having to introduce *ut*, 'I, being so minded . . . would not refuse.' Some editors read *ut* for *vel* before *omnem*. For *ita . . . ut* cp. vol. I², p. 65.

7. expeditis] 'clear and open.'
in damno meae laudis] 'though my own renown is injured.'

commodo] abl.: cp. Fam. ii. 9, 1 (224).

integerrimorum] 'utterly unabated.'—(Jeans).

ut . . . habeatis] 'that you should watch over their interests.'

DCCCXXXIV. CICERO TO PLANCUS (FAM. X. 10).

ROME ; MARCH 30 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

Laudat M. Cicero L. Planci praeclaram voluntatem iuvandae rei publicae et praemia ab senatu sperare eum ob eam causam iubet, suam ei operam pollicetur et ad tuendam rem publicam adhortatur.

CICERO PLANCO.

1. Etsi satis ex Furnio nostro cognoram, quae tua voluntas, quod consilium de re publica esset, tamen tuis litteris lectis liquidius de toto sensu tuo iudicavi. Quam ob rem, quamquam in uno proelio omnis fortuna rei publicae disceptatur—quod quidem, cum haec legeres, iam decretum arbitrabar fore—tamen ipsa fama, quae de tua voluntate percrebruit, magnam es laudem consecutus; itaque si consulem Romae habuissemus, declaratum esset ab senatu cum tuis magnis honoribus, quam gratus esset conatus et apparatus tuus. Cuius rei non modo non praeteriit tempus, sed ne maturum quidem etiam nunc meo quidem iudicio fuit; is enim denique honos mihi videri solet, qui non propter spem futuri beneficii, sed propter magna merita claris viris defertur et datur. 2. Qua re, sit modo aliqua res publica in qua honos elucere possit, omnibus, mihi crede, amplissimis honoribus abundabis. Is autem, qui vere appellari potest honos, non invitamentum ad tempus, sed perpetuae virtutis

1. *tuis litteris*] This cannot refer to 832 and 833, for these were written at latest on March 23, and could not possibly be in Rome sooner than April 7. The letter referred to is not extant.

liquidius] 'more clearly': cp. Fam. xi. 27, 7 (784), *liquido negare*.

disceptatur] 'is being now settled.' The mss read *disceptat* which is never used as a neuter verb in the active. For -ur omitted in mss cp. Wes. Em., pp. 81-84. Mendelssohn retains *disceptat*, referring to Elter (Rhein. Mus. xli. 1886, p. 538 ff). That scholar, in arguing with much power that in the tesserae of the gladiators, *spectavit* = *spectatus est*, adduces many verbs which are properly transitive and yet are occasionally used intransitively, e.g. *turbare* in Tac. Ann. iii. 47, *si una alterare civitas turbet*; Lucret.

v. 504, *sinit incertis turbare procellis*; but as far as we can see Elter does not touch on *disceptare* at all. Without corroborative evidence, and merely on the strength of this passage, we think that it would be unreasonable to suppose that the active *disceptare* can be used intransitively. Because we can say 'he boiled the kettle,' and 'the kettle boiled,' or 'he concluded the case,' and 'the case concluded,' it does not at all follow that we can say both 'he decides the case,' and 'the case decides.'

consulem] Hirtius had left Rome in January; but Pansa did not leave till March 20th.

praeteriit] 'past and gone' (of an opportunity lost).

2. *non invitamentum ad tempus*] 'is not an allurement to you to render aid

est praemium. Quam ob rem, mi Plance, incumbere toto pectore ad laudem; subveni patriae, opitulare collegae, omnium gentium consensum et incredibilem conspirationem adiuva. Me tuorum consiliorum adiutorem, dignitatis fautorem, omnibus in rebus tibi amicissimum fidelissimumque cognosces; ad eas enim causas, quibus inter nos amore sumus, officiis, vetustate coniuncti, patriae caritas accessit, eaque effecit ut tuam vitam anteferrem meae.

III. Kalendas Apriles.

DCCCXXXV. CICERO TO CASSIUS (FAM. XII. 6).

ROME; END OF MARCH OR BEGINNING OF APRIL; A. U. C. 711;

B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero C. Titium Strabonem laudat: in C. Cassio et M. Bruto, si res ad Mutinam male geratur spem omnem rei publicae sitam esse dicit.

CICERO CASSIO SAL.

1. Qui status rerum fuerit tum, cum has litteras dedi, scire poteris ex C. Titio Strabone, viro bono et optime de re publica sentiente: nam quid dicam 'cupidissimo tui,' qui domo et fortunis relictis ad te potissimum profectus sit? itaque eum tibi ne commendo quidem: adventus ipsius ad te satis eum commendabit.

2. Tu velim sic existimes tibi persuadeas, omne perfugium bonorum in te et Bruto esse positum, si, quod nolim, adversi quid evenerit. Res, cum haec scribebam, erat in extremum adducta

for the moment but the reward of steadily-continued virtue.' Honour that is real honour only attends a course of long-continued virtue. For *invitamentum* cp. Fin. v. 17, *prima invitamenta naturae*.

Quam ob rem . . . adiuva] 'Wherefore, my dear Plance, throw yourself heart and soul into the pursuit of true glory; assist your country, help your colleague, lend your aid to the union and marvellous coalition of all the nations of the earth.' For *toto pectore* cp. Att. xii. 35, 2 (577); xiii. 12, 4 (626).

ad eas enim . . . accessit] 'To those links by which we are united, affection, services, long-standing friendship, is added love of country.' The ablatives are in

apposition to *quibus*. For *vetustas = vetustas, amicitiae*, cp. 888, 2, and Reid on Arch. 31.

1. *C. Titio Strabone*] He is not mentioned elsewhere.

cupidissimo tui] 'most eager to be with you.'

potissimum] 'specially.'

2. *Res . . . discrimen*] 'At the time I am writing this our fortunes have come to a crisis; for Brutus can hardly hold out any longer at Mutina.' This sentence shows that this letter was written about the same time as 834 or a little later: cp. § 1 of that letter.

discrimen; Brutus enim Mutinae vix iam sustinebat: qui si conservatus erit, vicinus; sin—quod di omen avertant!—omnis omnium cursus est ad vos. Proinde fac animum tantum habeas tantumque apparatus, quanto opus est ad universam rem publicam recuperandam. Vale.

DCCCXXXVI. CICERO TO BRUTUS (BRUT. II. 1).

ROME; END OF MARCH; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

In summo discrimine rem esse scribit Cicero, nec se tamen desperare: celeritatem in consulibus desiderat et prudentiam: maximam spem esse in Bruto et Cassio.

CICERO BRUTO SAL.

1. Cum haec scriberem, res existimabatur in extremum adducta discrimen: tristes enim de Bruto nostro litterae nuntiique

sustinebat] For the absolute sense of *sustinere*, Watson compares Caes. B.G. ii. 6, 4, *nuntium mittit Iccius sese diutius sustinere non posse*. See also 848, 2, Att. vii. 7, 5 (298).

vicinus] 'we have already conquered'—i.e. the rest of the actions against Antony will be attended with no risk.

sin] The use of *sin* for *sin minus* belongs to epistolary style: cp. Att. x. 7, 2 (388), *si vir esse volet, praeclara συνοδία*; *sin autem, erimus nos qui solemus*; 803, 2, *si pares aequae inter se, quiescendum*; *sin, latius manabit*.

omnis . . . ad vos] 'the one road for one and all of us is to you.'

The Second Book of the Epp. ad Brutum is ably treated in a long dissertation by Adolphus V. Streng entitled *De Ciceronis ad Brutum libro qui secundus inscribitur* (Helsingfors, 1885).

That this letter was written after March 20th is certain, for obviously (§ 1) Pansa had left Rome, and his departure took place on the morning of the 19th or 20th. Again, there is no account of the events which took place in the senate on April 7th (cp. 839, 3), and the very satisfactory letter from Plancus (833) which was read at that sitting (838, 2) is not referred to at all. A short time after the departure of Pansa an engagement was expected

every day: cp. 824, 1 (written March 20), *quod* (sc. *proclium*) *quidem cum haec legeres iam decretum arbitrarer fore*. It is strange that there is no allusion to Plancus and to the letter he wrote advocating peace, to which Cicero replied in somewhat severe language (826) on the evening of March 20th. The most probable solution of this difficulty is that Cicero wrote to Brutus a letter (now lost) on this subject immediately after the receipt of that letter of Plancus, and the letter before us was written some days later (cp. Schmidt. Cass., p. 31, note 3). It is of course possible that Cicero wrote this letter almost immediately after the departure of Pansa, and did not think it advisable to make any mention of what he felt was only a temporary exhibition of faint-heartedness on the part of Plancus; and that he was justified in this view of the conduct of Plancus is proved by the letter (833) received from him on April 7. According to this view the letter before us would be the first letter Cicero wrote to Brutus in 711 (43). But it is not likely that in the very first letter which Cicero wrote to Brutus after his successes in Greece he should make no mention whatever of them. A more serious difficulty as regards this letter is that no mention is made of C. Antonius: whereas the news of his capture was probably

adferebantur: me quidem non maxime conturbabant: his enim exercitibus ducibusque, quos habemus, nullo modo poteram diffidere: neque adsentiebar maiori parti hominum: fidem enim consulum non condemnabam, quae suspecta vehementer erat. Desiderabam non nullis in rebus prudentiam et celeritatem, quae si essent usi, iam pridem rem publicam recuperassemus. Non enim ignoras quanta momenta sint in re publica temporum et quid intersit idem illud utrum ante an post decernatur, suscipiatur, agatur. Omnia, quae severe decreta sunt hoc tumultu, si aut, quo die dixi sententiam, perfecta essent et non in diem ex die dilata aut, quo ex tempore suscepta sunt ut agerentur, non tardata

known in Rome by March 19. If we suppose that Cicero wrote to Brutus on March 20 a letter which is now lost, in that lost letter he no doubt advised that C. Antonius should be carefully guarded until after the decisive engagement in North Italy had taken place, and there was no need to return to that subject in the present letter. After that engagement had turned out favourably for the constitutionalists, Cicero during the latter end of April frequently reverts to the question of the treatment which in his opinion ought to be applied to C. Antonius (842, 5; 846, 4).

1. *Cum haec scriberem*] cp. 835, 2 (written probably at the same time as the present letter).

fidem enim consulum . . . erat] Though Cicero at times expressed a somewhat poor opinion of the consuls, especially of Pansa: cp. Att. xvi. 1, 4 (769) in *Pansa spes? λήρος πολλός in vino et somno istorum*; also cp. Att. xiv. 20, 4 (727); yet this was to his intimate friend Atticus; in general he defended them against adverse criticism, e.g. 840, 4; and in public he always spoke highly of them (Phil. iii. 2; x. 17; xii. 6: cp. 851, 6). Quintus Cicero, writing to Tiro (815, 1), judges them in his usual unmeasured style *de consulibus designatis, quos ego penitus novi libidinum et languoris effeminatissimi plenos; qui nisi a gubernaculis recesserint maximum ab universo naufragio periculum est*.

celeritatem] The procrastination and dilatoriness of the consuls are constantly harped on in the Philippics, e.g. iii. 2, v. 26-34; vi. 7, 15; xi. 25, and especially v. 53, *celeritate autem opus est, qua si essemus usi bellum, ut saepe dixi, nullum haberemus*.

idem illud] These words go closely with *intersit* and the clause *utrum . . . agatur* is explained by them: cp. Att. xv. 26, 1 (763), *in quibus unum alienum summa sua prudentia, idem illud, ut spectem ludos suos*.

tumultu] Cicero argues in Phil. viii. 2 ff, that a *tumultus* is really a more serious matter than a *bellum*.

in diem ex die dilata] We cannot quote an exact parallel. Where the phrase *diem ex* (or *de*) *die* occurs it is always found after a transitive verb which directly governs *diem*, and accordingly we do not find the preposition *in*, e.g. Att. vii. 26, 3 (326), *diem ex die expectare*; Caes. B.G. i. 16, 4; Liv. v. 48, 6; xxv. 25, 4; Tac. Ann. vi. 42 fin.; but if the verb has another accusative or is used passively we find that *in dies* takes the place of *diem ex die*, Suet. Otho 5, *idque in dies expectabat*; Liv. xxxvi. 17, 14, *adventus qui in dies expectatur*. But while this often appears with *expectare* we cannot find any example of a verb of deferring (*differre, proferre*) used in the passive with any phrase signifying 'from day to day,' except this present one, and perhaps Att. xiii. 37, 4 (657), where, however, the reading is uncertain. Certainly *in singulos dies* would be more natural. Becher originally (Rh. Mus. xxxvii. 587) considered this phrase a Grecism and compared Herod. ix. 8, *ἐξ ἡμέρης ἐς ἡμέρην ἀναβαλλόμενοι*; but later (Philol. xvii. 475) he regards it as an archaic Latin usage, since Prof. Iwan Müller referred him to Cato ap. Priscian, ix. p. 482 (Hertz), *beneficii postridie iussisti adesse; in diem ex die non ausi* (archaic for *ausus sum*) *recusare*, which sufficiently justifies the phrase.

et procrastinata, bellum iam nullum haberemus. 2. Omnia, Brute, praestiti rei publicae, quae praestare debuit is, qui esset in eo; in quo ego sum, gradu senatus populique iudicio collocatus, nec illa modo, quae nimirum sola ab homine sunt postulanda, fidem, vigilantiam, patriae caritatem: ea sunt enim, quae nemo est qui non praestare debeat: ego autem ei, qui sententiam dicat in principibus de re publica, puto etiam prudentiam esse praestandam, nec me, cum mihi tantum sumpserim, ut gubernacula rei publicae prenderem, minus putarim reprehendendum, si inutiliter aliquid senatui suaserim quam si infideliter. 3. Actae quae sint quaeque agantur scio perscribi ad te diligenter. Ex me autem illud est quod te velim habere cognitum, meum quidem animum in aciem esse neque respectum ullum quaerere, nisi me utilitas civitatis forte converterit. Maioris autem partis animi te Cassi-

procrastinata] This is a good Ciceronian word, Rosc. Am. 26; Verr. iv. 100: cp. Phil. vi. 7, *tarditus et procrastinatio*.

2. *Brute*] Becher has noticed that whereas in the 397 Letters to Atticus such addresses are found only 22 times, in the 11 letters of Brut. i. there are 15 instances; and he considers this an argument against the genuineness of the correspondence with Brutus. Ructe (p. 103) answers this objection by pointing out that in the 14 letters to D. Brutus such addresses are found 11 times, in the 13 letters to Plancus 9 times, and in one letter to Dolabella, viz. Fam. ix. 14 (722), 3 times. The fact is that Cicero used these addresses with different degrees of frequency according to the character of his correspondent; thus only one such vocative occurs in the 10 letters to Cassius in Fam. xii.

gradu] 'position': cp. Phil. ii. 6, vi. 18—a military or gladiatorial term: cp. *de gradu dei*, Off. i. 80.

infideliter] 'disloyal.' No doubt, as Markland says (p. 16), this word is ἀπαξ εἰρημένον in classical literature; but Cobet (Mnem. vii. 292) points out that the antithesis to *inutiliter* 'disadvantageous' demanded such a word, that it is correctly formed, and that the Latins readily coined such words, 'hoc unum caventes ne dura et inficeta et auribus molesta procedant.' Thus Cicero coins *desideratio* (Sen. 47), and C. F. Hermann quotes the following negative adverbs which are each used only once by Cicero:—

impolite, incallide, indiserte, immortaliter, insaturabiliter, intemperate.

3. *Ex me autem*] Madvig (A. C. iii. 276) reads *extremum* for these words: cp. Att. xi. 16, 5 (431); but there is no serious difficulty in *ex*, which often occurs after such words as *cognoscere, audire*: cp. Rep. i. 17, *studeo ex te audire quid sentias*; Leg. i. 56, *ut ex te ipso saepe cognovi*.

in aciem esse] So we read with the mss. Lamb. alters to *in acie esse*, a simple course: cp. Att. xii. 12, 1 (556); xv. 12, 1 (745); Plaut. Pers. iv. 6, 27; Ter. Eun. iv. 7, 46. In some legal expressions, *in potestatem esse, in radionium esse, in ditionem esse*, the accusative is found: cp. Fam. viii. 8, 8 (223); also in early Latin, cp. Plaut. Amph. i. 1, 26, *in mentem fuit* and Palmer ad loc. who quotes Bacch. i. 2, 53, Prop. iii. 9, 60. Add Plaut. Epid. ii. 28, *in amorem haerere*, Cas. ii. 3, 28, *in lustra iacusti*. The construction is a pregnant one, 'has gone to the field of battle and is there': cp. Herod. i. 199, 1, *δεῖ πᾶσαν γυναῖκα ἐπιχωρίων ἰζομένην ἐς ἴπδν Ἀφροδίτης*. See Kritz on Sall. Jug. 112, 3.

neque respectum ullum habere] cp. Phil. xi. 26, *in Brutum colligassemus in Graecia et eius auxilium ad Italiam vergere quam ad Asiam maluissems; non ut eo ex acie respectum haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum* (to adopt the correction of Ferrarius for *ex ea acie*); also Phil. x. 9.

Maioris autem partis] The mss give

umque respiciunt. Quam ob rem ita te para, Brute, ut intellegas aut, si hoc tempore bene res gesta sit, tibi meliorem rem publicam esse faciendam aut, si quid offensum sit, per te esse eandem recuperandam.

DCCCXXXVII. BRUTUS TO CICERO

(BRUT. II. 3 = 5 AND 3).

DYRRHACHIUM; APRIL 1; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

De Trebonii morte et provincia scribit Brutus; de Antonio consultit. Res a Cassio gestas non ante tempus publicandas esse ostendit. Orationes Ciceronis laudat et pecuniam supplementumque postulat. Postremo de Dolabellae crudelitate Antistii liberalitate et Ciceronis filii laudibus narrat.

BRUTUS CICERONI SAL.

1. Litteras tuas valde exspecto, quas scripsisti post nuntios nostrarum rerum, et de morte Trebonii: non enim dubito quin mihi consilium tuum explices. Indigno scelere et civem optimum amisimus et provinciae possessione pulsus sumus, quam recuperari facile est: neque minus turpe aut flagitiosum erit post recuperari.
2. Antonius adhuc est nobiscum, sed me dius fidius et moveor hominis precibus et timeo ne illum aliquorum furor excipiat.

maiores partes which Meyer (p. 111) objects to as poetical, comparing Hor. Carm. ii. 17, 5, *Ah! te meae si partem animae rapit maturior vis*, Ovid Pont. i. 6, 16, *Magnaue pars animi consilii que mei*; but ep. Att. iii. 7, 3 (63), *nisi dolor meus cum omnes partes mentis tum maxime huius generis facultatem ademisset* and Boot's note; iii. 20, 2 (78), *partes meae salutis*; iv. 18, 2, *partes securitatis* quoted by Streng (p. 38). He, however, adopts the simple and convincing emendation of Ruete (p. 104) and Madvig (A. C. iii. 102), which he had already thought of himself. The objection to the MSS reading is that Cicero could not say that his whole mind was with the army, and immediately after that the greater part of his mind was looking to Brutus and Cassius. For *maior pars*, without any further specification, signifying 'a number of men,'

Ruete compares *magna pars* in Balb. 21, Liv. iii. 24, 8.

1. *exspecto*] Brutus probably heard of the death of Trebonius from Lentulus, not from Cicero; and Cicero may, as O. E. Schmidt suggests (N. Jahrb., 1884, p. 622), have avoided mentioning the occurrence to Brutus as he had himself proposed that the war against Dolabella should be entrusted to Cassius.

nostrarum rerum] i.e. the capture of C. Antonius, at Apollonia. Concerning the death of Trebonius, see Phil. xi. init. *quam . . . recuperari*] 'but none the less disgraceful and scandalous that its subsequent recovery is necessary.' Some commentators lay stress on *post*, 'that its recovery sometime hence (and not immediately) will be disgraceful.'

2. *excipiat*] 'carry off,' a slightly unusual meaning of the word.

Plaue aestuo. Quod si seirem quid tibi placeret, sine sollicitudine essem. Id enim optimum esse persuasum esset mihi. Qua re quam primum fac me certiore quid tibi placeat. 3. Cassius noster Syriam, legiones Syriacas habet, ultro quidem a Mureo et a Marcio et ab exercitu ipso accessit. Ego scripsi ad Tertiam sororem et matrem, ne prius ederent hoc, quod optime ac felicissime gessit Cassius, quam cum consilium cognovissent tibi que visum esset. 4. Legi orationes duas tuas, quarum altera Kal. Ian. usus es, altera de litteris meis, quae habita est abs te contra Calenum. Nunc scilicet hoc exspectas, dum eas laudem. Nescio animi an ingenii tui maior in his libellis laus contineatur. Iam concedo ut vel Philippici vocentur, quod tu quadam epistola iocans scripsisti. 5. Duabus rebus egeamus, Cicero, pecunia et supplemento: quarum altera potest abs te expediri, ut aliqua pars militum istine mittatur nobis, vel secreto consilio adversus Pansa vel actione in senatu, *ab ipso senatu* altera, quae magis est necessaria neque meo exercitui magis quam reliquorum. Hoc magis doleo

3. *Mureo*] cp. 822, 1; 856, 3.

Ego scripsi ad Tertiam] cp. 840, 5.

hoc quod . . . gessit] Cicero would have used the plural *haec quae*: cp. 840, 5.

4. *orationes duas tuas*] i.e. Phil. v. (delivered Jan. 1), and Phil. x. (delivered end of Febr.). The word *uti* is strangely used of 'delivering a speech.' We cannot quote a parallel; it looks like a Grecism *χρησθαι λόγῳ*. With the second *altera* supply *usus es*. We must remember that the writer is Brutus, not Cicero.

exspectas dum eas laudem] 'you are waiting for me to praise them.' This is a slightly brusque remark; but it is the only meaning the words can bear: cp. 867, 1.; Att. i. 1, 1 (10). *De Palicano non puto te exspectare dum scribam*. If Brutus meant to say: 'you expect me to praise them' he would have used *ut*, not *dum*. We know that Brutus had a habit of saying things in a disagreeable way, Att. vi. 1, 7 (252), *ad me autem etiam cum rogat aliquid contumaciter, arroganter ἀκοννοσήτως solet scribere*.

Philippici] The masculine is used because *libelli* had just preceded: cp. Plut. Cic. 48, *αὐτὸς τε γὰρ ὁ Κικέρων τοὺς κατ' Ἀπτωνίου λόγους Φιλιππικὸς ἐπέγραψε καὶ μέχρι νῦν τὰ βιβλία Φιλιππικὸν καλοῦνται*: cp. App. B. C. iv. 20; Juv. x. 125. Gellius (xiii. 1, 1) called the orations *Antonianaë*: cp. Tac. Dial. 37.

5. *pecunia*] The need which Brutus had of money, the sinews of war, can be seen from what is said about the large sum transferred to him by Vetus Antistinus (850, 1), and the present made to him by Atticus: cp. Nep. Att. 8, *eidem (M. Bruto) in Epiro absens trecenta millia iussit dari*.

secreto consilio adversus Pansa] 'by a secret arrangement with Pansa.' That this is the meaning of *adversus*, not 'in opposition to,' can be clearly seen from 840, 4, *ut Pansa . . . tribuat*. For this use of *adversus*, cp. Fam. iii. 13, 2 (277), *eo brevior est epistola et ut adversus magistrum morum modestior*; Ter. Andr. 1, 1, 15, *et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam*: cp. i. 5, 30; Plaut. Pseud. i. 5; 39; Cic. Off. ii. 68, and Madv. 283, Obs. 2. Brutus asked Cicero to use his influence either to induce Pansa privately to lend Brutus some forces, just as Pompey had sent Caesar two legions in 703 (51); or else to mention the matter in the senate, and urge the senate to recommend Pansa to make the transfer. This would put pressure on Pansa in case he was unwilling himself to give the forces.

ab ipso senatu altera] We have ventured to add *ab ipso senatu*, which might readily have dropped out after the preceding *senatu*. Some alteration must be

Asiam nos amisisse : quam sic vexari a Dolabella audio, ut iam non videatur crudelissimum eius facinus interfectio Trebonii. Vetus Antistius me tamen pecunia sublevavit. Cicero, filius tuus, sic mihi se probat industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorsus numquam dimittere videatur cogitationem cuius sit filius. Qua re quoniam efficere non possum, ut pluris facias eum, qui tibi est carissimus, illud tribue iudicio meo, ut tibi persuadeas non fore illi abutendum gloria tua, ut adipiscatur honores paternos. Kalend. April. Dyrhachio.

DCCCXXXVIII. CICERO TO PLANCUS (FAM. X. 12).

ROME ; APRIL 11 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

M. Cicero L. Planco significat gratas senatui eius litteras fuisse, et quae eius causa in senatu acta sint significat et ad liberandam rem publicam adhortatur.

CICERO PLANCO.

1. Etsi rei publicae causa maxime gaudere debeo tantum ei te praesidii, tantum opis attulisse extremis paene temporibus, tamen ita te victorem complectar re publica recuperata, ut magnam

made. Ernesti omits *quae*, and Wesenberg alters to *-que*; but *altera* . . . *alteraque* is a solecism. As regards the transference of forces, the authority, though formally resting in the senate, was practically in the hands of the general, and the senate would not interfere further than to make a recommendation, except in very important cases; grants of funds, however, were both formally and practically made by the senate. Streng (p. 63) ingeniously suggests *altera quo magis est necessaria* . . . , *hoc magis doleo*, 'as to money, the more necessary it is so much the more do I regret the loss of Asia.' Brutus regrets that he is not able to get supplies of money from Asia owing to the plundering of Dolabella, but goes on to say that he has received aid from Antistius. If this view be adopted we should prefer to read *<ab ipso senatu> altera, quae <quo> magis*.

nos amisisse] see note to 839, 3, *sed quo*.*

quam] relative, with *Asiam* as antecedent.

Vetus Antistius] cp. 850, 1.

Cicero, filius tuus] For young Cicero's exploits see Plut. Brut. 24: cp. Phil. x. 13.

abutendum tua gloria] 'he will not have to make undue claims on your renown'; Plut. Brut. 24, says of young Cicero, *ὅν ἐπαινεῖ* (sc. Brutus) *διαφερόντως καὶ φησιν, εἴτ' ἐγρήγορον εἴτ' ἐνυπνιδίεται, θαυμάζειν οὕτω γενναῖον ὄντα καὶ μισοῦραννον*. Though this panegyric was no doubt contained in a letter from Brutus to Cicero we have no similar remark contained in any of the letters which we possess.

This letter is an answer to 832, 833.

1. *extremis*] 'desperate': cp. Att. xi. 1, 1 (406).

ita . . . complectar . . . ut . . . adfert] cp. Quintus ap. 927, 1, *ita te videam ut mihi gratissimum fecisti*; and *ita me di*

partem mihi laetitiae tua dignitas adfert, quam et esse iam et futuram amplissimam intellego. Cave enim putes ullas umquam litteras gratiores quam tuas in senatu esse recitatas. Idque contigit cum meritorum tuorum in rem publicam eximia quadam magnitudine tum verborum sententiarumque gravitate. Quod mihi quidem minime novum, qui et te nossem et tuarum litterarum ad me missarum promissa meminissem et haberem a Furnio nostro tua penitus consilia cognita: sed senatui maiora visa sunt quam erant exspectata, non quo umquam de tua voluntate dubitasset, sed nec quantum facere posses nec quoad progredi velles exploratum satis habebat. 2. Itaque cum a. d. vii. Idus Apriles mane mihi tuas litteras M. Varisidius reddidisset easque legissem, incredibili gaudio sum elatus, cumque magna multitudo optimorum virorum et civium me de domo deduceret, feci continuo omnes participes meae voluptatis. Interim ad me venit Munatius noster, ut consuerat: at ego ei litteras tuas, nihil dum enim sciebat. Nam ad me primum Varisidius, idque sibi a te mandatum esse dicebat. Paulo post idem mihi Munatius eas litteras legendas dedit, quas ipsi miserat, et eas, quas publice. 3. Placuit nobis, ut statim ad Cornutum praetorem urbanum litteras deferremus, qui, quod consules aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Senatus est continuo convocatus frequensque convenit propter famam atque expectationem tuarum litterarum. Recitatis litteris oblata religio Cornuto est pullariorum admonitu, non satis dili-

ament ut is frequent in Plautus. H reads *adferat*, which would be quite allowable: cp. Fam. v. 21, 1 (458), *nam tecum esse ita mihi quae opto contingant ut vehementer velim*.

litteras . . . tuas] i.e. 832.

Furnio] cp. 826, 1. This passage shows that the senate had good grounds for their uncertainty as to the extent of the devotion of Plancus to the state.

2. *M. Varisidius*] cp. 832, 1.

de domo deduceret] A distinguished man was generally accompanied from his house on the hills down to the Forum, or the Curia, by a body of his friends, especially young men (Mur. 70). They also sometimes accompanied him home (*reducere*): cp. Sen. 63; Val. Max. ii. 1, 9.

Munatius] a relative of Plancus, but

not his brother, who was with Plancus himself in Gaul (848, 2).

litteras tuas] sc. *dedi*, a frequent ellipse: cp. Att. xii. 38, 1 (581), and Heidemann, p. 70.

Varisidius] sc. *venit*, another common ellipse: cp. Att. ix. 18, 3 (376), and Heidemann, p. 51 ff.

3. *propter famam . . . litterarum*] 'as your letter had been talked about and expected.'

pullariorum] Strictly the *pullarii* were the guardians of the sacred chickens, and interpreted omens *ex tripudiis*, i.e. from the motions of the chickens when feeding: cp. Dict. Antiq. i. 250 (ed. 2); but they appear to have trenchoned on the functions of the augurs, being even employed *servare de caelo* for the magistrates, De Div. ii. 74, *iam de caelo servare non ipsos censens*

genter eum auspiciis operam dedisse, idque a nostro collegio comprobatum est. Itaque res dilata est in posterum. Eo autem die magna mihi pro tua dignitate contentio cum Servilio: qui cum gratia effecisset ut sua sententia prima pronuntiaretur, frequens eum senatus reliquit et in alia omnia discessit, meaeque sententiae, quae secunda pronuntiata erat, cum frequenter adsentiretur senatus, rogatu Servilii P. Titius intercessit. 4. Res in posterum dilata. Venit paratus Servilius, Iovi ipsi iniquus, cuius in templo res agebatur. Hunc quem ad modum fregerim quantaque contentione Titium intercessorem abiecerim ex aliorum te litteris malo cognoscere. Unum hoc ex meis: senatus gravior, constanter, amicior tuis laudibus esse non potuit, quam tum fuit, nec vero tibi senatus amicior quam cuncta civitas. Mirabiliter enim populus Romanus universus et omnium generum ordinumque

solitos qui auspicabantur? nunc imperant pullario; ille renuntiat; or, perhaps, the name of those diviners who officiated in the *auspicia ex tripudiis* was transferred to those who officiated in other kinds of divination, popular language not regarding nice distinctions of ritual. It would appear that *auspicia ex avibus* were taken prior to the sittings of the senate: cp. App. ii. 116, *ἔθος δ' ἐστὶ τοῖς ἄρχουσι ἐς τὴν βουλὴν εἰσιούσῳ οἰωνίζεσθαι προσιοῦσιν*; Plin. Paneg. 76, *una erat in limine (sc. curiae) mora consultare aves revererique numinum monitus.*

admonitu . . . dedisse] For a verbal substantive governing a clause Andr. compares 896, 4, *pollicitatione . . . daturum*; Att. xii. 26, 1 (562), *voluntate tua ut simul simus*. Madvig (§ 395) quotes Off. ii. 22, *spe sibi id utile.*

collegio] sc. of augurs.

in posterum] There is no need to add *diem*: cp. Q. Fr. ii. 3, 2 (102); Att. x. 14, 3 (400).

Servilio] *Isaurico*, who had been consul with Caesar in 706 (48). He appears to have been a personal enemy of Plancus.

sententia prima] If, in the course of the debate, several *sententiae* had been delivered, the president had the right of choosing the order in which these different opinions should be submitted to the votes of the house. On this occasion Servilius was able to secure, by private influence, that Cornutus should put his

opinion to the house before that of Cicero: cp. Fam. viii. 13, 2 (271), *nam cum de intercessione referretur . . . primaque M. Marcelli sententia pronuntiata esset qui agendum cum tribunis plebis censebat frequens senatus in alia omnia iit.*

in alia omnia discessit] 'voted directly against it': cp. last note. This is the technical expression for voting with the Noes in a division (*discessio*): cp. Fam. i. 2, 1 (96), *frequentes ierunt in alia omnia*, and note.

P. Titius] trib. pl.: cp. 861, 3.

4. *Iovi ipsi iniquus*] A proverbial expression for violent and headstrong passion, 'prepared to outstare the lightning': cp. Att. viii. 15, 2 (350), *nec me movet quod scribis Iovi ipsi iniquum* (sc. *Pompeium fore si vicerit*); Plaut. Cas. ii. 5, 15, *negavi ipsi me concessurum Iovi*; also Otto, p. 179. The origin of the proverb does not appear to be known; perhaps it may be referred to the impiety of Capaneus: cp. Aesch. Theb. 428.

fregerim] 'crushed': cp. Att. i. 16, 8 (22), *Clodium praesentem fregi in senatu*. *abiecerim*] 'humbled.' Att. i. 18, 3 (24), *senatus auctoritatem abiecit.*

Unum hoc ex meis] sc. *litteris te malo cognoscere.*

senatus] 'The senate could not have been more dignified, more firm, or more well-disposed towards granting you your honours than it was at that time.'

generum ordinumque] 'peoples and ranks.'

consensus ad liberandam rem publicam conspiravit. 5. Perge igitur, ut agis, nomenque tuum commenda immortalitati, atque haec omnia, quae habent speciem gloriae, collecta inanissimis splendoris insignibus, contemne: brevia, fucata, caduca existima. Verum decus in virtute positum est, quae maxime illustratur magnis in rem publicam meritis. Eam facultatem habes maximam; quam quoniam complexus es et tenes, perface ut ne minus res publica tibi quam tu rei publicae debeas. Me tuae dignitatis non modo fautorem, sed etiam amplificatorem cognosces. Id cum rei publicae, quae mihi vita est mea carior, tum nostrae necessitudini debere me iudico. Atque in his curis, quas contuli ad dignitatem tuam, cepi magnam voluptatem, quod bene cognitam mihi T. Munatii prudentiam et fidem magis etiam perspexi in eius incredibili erga te benevolentia et diligentia. III. Idus Apriles.

consensus . . . conspiravit] Andr. compares Ligar. 34, *qui horum consensum conspirantem et pacem conflatum in hac prope aequalitate fraterna noverit.*

5. *Perge igitur*] 'Go on then as you are going, and consign your name to eternal remembrance; all these things which have but the semblance of renown, a mere mass of the most empty pomp and pageantry, all these despise; consider them to be short-lived, painted unrealities, sure to fall and fail.' For *commenda immortalitati*, cp. De Orat. ii. 36; Fam. v. 12, 6 (109). For the tone of the latter clause cp. Phil. iv. 13, *nam cum alia omnia falsa incerta sint, caduca mobilia; virtus est una altissimis defixa radicibus.* Lambinus and Wesenberg read *collectam*, but the mss have

collecta, which need not be altered. Andr. compares Phil. ii. 3, *gratiam non virtutis spe sed actatis flore collectam.* Gitlbauer (p. 84) suggests *contecta*, needlessly. We have adopted *fucata* from H Pal, to which the mss tradition leads; *fugatia* (*ia* in rasura) M; *fugato* (Petrarch's ms teste Victorio); besides, it is certainly the more difficult reading, at least for a copyist, and corresponds very well with *falsa* of the passage from the Philippias.

maxime illustratur] 'shines out most clearly.'

complexus es et tenes] So H Pal; *complexus es tene* M (but *es* and a letter after *tene* in an erasure).

amplificatorem] 'that I am at hand, not merely to favour, but to further your advancement.'

DCCCXXXIX. CICERO TO BRUTUS (BRUT. II. 2).

ROME ; APRIL 11 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

De Planci egregio, de Lepidi inconstanti in rem publicam animo, et de suis cum Servilio in senatu contentionibus, quibus Plancum tandem fregit.

CICERO BRUTO SAL.

1. Planci animum in rem publicam egregium, legiones, auxilia, copias ex litteris eius, quarum exemplum tibi missum arbitror, perspicere potuisti. Lepidi, tui necessarii, qui secundum fratrem adfines habet quos oderit proximos, levitatem et inconstantiam animumque semper inimicum rei publicae iam credo tibi ex tuorum litteris esse perspectum. 2. Nos exspectatio sollicitat, quae est omnis iam in extremum adducta discrimen. Est enim spes omnis in Bruto expediendo, de quo vehementer timebamus. 3. Ego hic cum homine furioso satis habeo negotii, Servilio, quem tuli diutius quam dignitas mea patiebatur, sed tuli rei publicae

The date is fixed by 839, 1.

1. *litteris*] viz. 833, read in the senate on April 7 (838, 2).

Lepidi . . . perspectum] cp. 898, 1. 'The unprincipled and vacillating conduct of your relation Lepidus (who chooses, after his brother, his closest connexions as the special objects of his hate), and his constant hostility to the free state, I now believe you thoroughly perceive from the letters of your friends.' The brother of Lepidus was Paullus Aemilius Lepidus, consul in 704 (50). They appear to have been already on bad terms: cp. Att. xiv. 8, 1 (710). Paullus voted afterwards for the outlawry of Lepidus, and was accordingly proscribed by the triumvirs. He fled to M. Brutus, and never returned to Rome. For *secundum*, cp. Q. Fr. iii. 1, 18 (148), *ille mihi secundum te et liberos nostros ita est ut sit paene par*; also Att. xii. 15 (547). The very severe judgment here passed on Lepidus expressed probably Cicero's real opinion of the man, even at this time, and was justified by his subsequent conduct. In 705 (49) Cicero had roundly spoken of him as *iste omnium turpissimus et sordidissimus*: cp. Att. ix. 9, 3 (364). His want of principle was notorious; D.

Brutus styles him *homo ventosissimus* (847, 1); and Lepidus himself knew that he was not in very good odour (876, 3). Cicero's letter (827) of March 20th to him is cold enough, and even publicly, in Phil. xiii. 13, 14, Cicero had spoken severely (cp. *atque etiam hoc M. Lepido providendum est ne quid arrogantius quam eius mores ferunt facere videatur*) against the threats which Lepidus used when he urged that peace should be made with Antony (*si enim nos exercitu terret*).

2. *in extremum . . . discrimen*] cp. 836, 1.

3. *Servilio*] He had been consul in 706 (48) with Julius Caesar. It is instructive to compare the account of the proceedings of the senate as they are related in this section, and in a letter to Plancus (833). In the latter epistle, addressed to a Caesarian, there is naturally no mention of the great effect produced by the account of the successes of Cassius; the whole narration has reference to the manner in which the cause of Plancus was supported by Cicero. Ruete (p. 74) notices that in the whole correspondence between Plancus and Cicero, neither Cassius nor Brutus is ever mentioned.

causa, ne darem perditis civibus hominem, parum sanum illum quidem, sed tamen nobilem, quo concurrerent, quod faciunt nihilo minus, sed eum alienandum a re publica non putabam. Finem feci eius ferendi. Coeperat enim esse tanta insolentia, ut neminem liberum duceret. In Planci vero causa exarsit incredibili dolore, mecumque per biduum ita contendit et a me ita fractus est, ut eum in perpetuum modestiorem sperem fore. Atque in hac contentione ipsa, cum maxime res ageretur, a. d. v. Idus Apriles litterae mihi in senatu redditae sunt a Lentulo nostro de Cassio, de legionibus, de Syria: quas statim cum recitavissem, cecidit Servilius, complures praeterea: sunt enim insignes aliquot, qui improbissime sentiunt, sed acerbissime tulit Servilius adsensum esse mihi de Planco. Magnum illud monstrum in re publica est; sed quo . . .

quo concurrerent] 'as a centre to rally round.' *Quo* is an adverb. For *concurrere* cp. 818, 1; Phil. v. 29.

Coeperat . . . duceret] 'for he began to show such arrogance as to treat everyone like a slave.'

In Planci . . . fore] 'But in the case of Plancus, mortified as he was past belief, he burst out at me; but, after a contest of two days, was so crushed by me that I trust he will be more quiet for the rest of his life.'

biduum] The first day (April 7th) the meeting was put off *pullaviorum admonitu*. The next day there was an animated debate, which was terminated by the veto of Titius. The following day Servilius appears to have been finally crushed (838, 3, 4).

cum maxime res ageretur] 'at the very time when the debate was going on.'

Lentulo nostro] We have two letters and a postscript preserved which were written by this Lentulus, quaestor of Trebonius, a few months later (882, 883, 891). The letter which arrived on April 9 is not extant, but it, doubtless, contained a full record of the services which Lentulus had rendered to Cassius, on which he appears to have laid great stress: cp. 883, 6, *solus Cassio et rei p. Syrian exercitusque qui ibi erant coniunxi*. Cassius seems to have got footing in Syria during the latter part of February: certainly on March 7 he was at the head of many legions at Tarichea (822, 1).

insignes] 'eminent men,' 'men of note': cp. Bell. Gall. viii. 42, 5, *ita quam*

quisque poterat maxime insignis . . . telis hostium se offerebat; Tac. Ann. xi. 19. Post red. in Sen. 28, *equis insignibus reportati*; Phil. xi. 10, *insignes latrones*. Generally *insignis*, when used of animate objects, has the characteristic in which the person or animal is distinguished added (Legg. iii. 19; Rabir. 24). Wesenberg wishes to read *sentiant*, 'distinguished in expressing most scandalous opinions.'

sed quo . . .] The rest of this letter has been lost: some editors think a whole sheet of the archetype, some merely a line or two. The next two sheets in the archetype have been transposed. The following letters of Brut. ii. appear in the mss to be arranged thus:—

iii. and iv. *sed quo nos amisisse* (837, 5) down to *non erit* (840, 3).

nihil . . . sit] 'For the senate ought not to give anything to anyone which may serve as a precedent or a protection for the designs of the disaffected,' i.e. which may stimulate men like Lepidus to aspire to similar honours, or may afford a power to be used by Octavian against the state.

Itaque . . . descensusus] Both Becher (Rh. Mus. p. 596) and Ruete make virtually the same correction here. The former reads *quam inde consul factus sit descensusus*; the latter *quam inde, si consul factus sit, descensusus sit*. For *ut* omitted after *quam* Becher compares De Orat. ii. 161; Att. iv. 1, 7 (90), *adiungit . . . maius imperium in provinciis quam sit eorum qui eas obtineant*: add Madv. on

Fin. iv. 20, also ii. 42: see too Lehmann's note on Fam. ii. 16, 3. Ursinus, however, claims to have found this reading, in a slightly better form, in one of his manuscripts, viz. *quam inde, si consul factus sit, sit descensusus* (see Variorum ed. of the Letters to Brutus, p. 118). The second *sit* having dropped out by lipography, *descensusus* was altered to *descensusum*. We have adopted this reading. Manutius suggested *ascensurum*, meaning apparently that Octavian will consider that he has made a greater advance in his political career by Cicero's decrees granting him pro-praetorian powers than he can possibly make thereafter, even though he obtains the consulship; so that he will certainly strive for that office, perhaps for dictatorship and monarchy. Madvig (A. C. iii. 198) gives much the same interpretation, reading *escensurum*. For the periphrastic future as a feature of the style of Brutus, cp. note to Fam. xi. 2, 2 (740). For the fut. subj. after a verb of fearing, cp. Matus, ap. Fam. xi. 28, 8 (785).

Translate 'I am afraid, as regards the consulship, that your friend Caesar will think that he has risen so high by your decrees that he will not come down from that height if he is made consul.' This is the warning which Brutus was constantly giving Cicero. The time to elapse before Octavian could stand for the consulship had been considerably shortened, and Brutus feared that perhaps it might be shortened still more: in any case once Octavian obtained the consulship he would

5. Quod si Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasione regnandi habuit, quonam animo fore putas, si quis auctore non tyranno interfecto, sed ipso senatu putet se imperia quaelibet concupiscere posse? quare tum et facilitatem et providentiam laudabo tuam, cum exploratum habere coepero Caesarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. 'Alienae igitur,' inquires, 'culpa me reum subiicies?' Prorsus alienae, si provideri potuit, ne existeret: quod utinam inspectare possis timorem de illo meum!

6. His litteris scriptis consulem te factum audivimus: tum vero incipiam proponere mihi rem publicam iustam et iam suis nitentem viribus, si istuc videro. Filius valet et in Macedoniam cum equitatu praemissus est. Idibus Maiis, ex castris.

probably use that position to make himself monarch, or at any rate perpetual consul. There is no necessary allusion to the Caesarian story (App. iii. 82; Dio Cass. xvi. 42; Plut. Cic. 45 ff.), that Octavian and Cicero had entered into a secret agreement to have themselves elected consuls.

5. *regni instrumentum*] 'apparatus for exercising monarchy': cp. 914, 4; Mil. 33.

honoribus, quos acceperit] cp. Phil. v. 46. Not only had he been given a military command as propraetor, but he was admitted to the senate among the praetorii and could sue for magistracies as if he had been quaestor the year before (i.e. as if he were now 32 years of age).

Alienae . . . existeret] 'Will you then, you ask, make me responsible for the crime of another? (i.e. if Octavian becomes disloyal that will be *his* fault not mine). Yes, even for another's crime (you will be responsible) if you could have prevented that crime.' It would certainly be a more forcible sentence if we could suppose that *tibi* dropped out after *si*. Kayser, Madv., and Becher omit *alienae* after *prorsus*; for (these scholars argue) Brutus could not say that the fault was 'another's,' and yet censure Cicero for it. This is pressing the words too closely. Octavian is the chief actor, and the fault may fairly be said to be his, though Cicero becomes an accessory by putting him in the position wherein alone he can act with damage to the state.

quod utinam] *quod* is used in a con-

nexive sense as in *quod si*: cp. Fam. xiv. 4, 1 (62).

inspectare] This word, and not *inspicere*, is generally used in such expressions: cp. Fam. i. 9, 19 (153) *me inspectante*, 'before my eyes.'

possis] So the mss. Wes. (E. A. 145) alters to *posses* for this reason, 'nec enim Cicero poterat absentis Bruti timorem inspectare,' an objection which lays too much stress on the absolutely literal acceptance of the words. Becher (Rh. M. 596) rightly says the pres. subj. is more vivid, 'and I only wish you could see my present fear of him.'

6. *His litteris scriptis*] A common beginning of a postscript.

consulem te factum] This was the merest rumour; indeed the fact reported seemed so unlikely that Brutus says not 'this is a real boon to the state,' but 'I shall consider the State really fortunate if I see you consul.' The mention of such a report appears as incidental evidence of the genuineness of the letters. Such mention would hardly have been made by a forger, especially one who was so thoroughly versed in the history of the times as the writer of these letters.

Filius] Brutus had sent young Cicero into Ambracia with orders to bring some cavalry which were there through Thessaly and Macedonia, and to meet him at Heraclea in Lyncestis: cp. 867, 1. Brutus himself was apparently marching straight along the Egnatian Way towards the Chersonese.

ex castris] cp. introd. note.

DCCCLXVII. BRUTUS TO CICERO (BRUT. I. 6).

LOWER CANDAVIA ; MAY 19 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

Brutus Ciceronem rogat ut Glycona, medicum Pansae, e custodia eripiat ; Flavinum, qui cum Dyrrhachinis litem habebat, commendat, et de Dolabella fugato caesoque certiozem facit.

BRUTUS CICERONI SAL.

1. Noli exspectare, dum tibi gratias agam : iampridem hoc ex nostra necessitudine, quae ad summam benevolentiam pervenit, sublatum esse debet. Filius tuus a me abest, in Macedonia congregiemur ; iussus est enim Ambracia ducere equites per Thessaliam et scripsi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret : cum eum videro, quoniam nobis permittis, communiter constituemus de reditu eius ad petitionem aut commendationem honoris. 2. Tibi Glycona, medicum Pansae, qui sororem Achilleos nostri in matrimonio habet, diligentissime commendo. Audimus eum venisse in suspicionem Torquato de morte Pansae custodiri ut parricidam : nihil minus credendum est ; quis enim maiorem calamitatem morte Pansae accepit ? praeterea est modestus homo et frugi, quem ne utilitas quidem videatur impulsura fuisse ad facinus. Rogo te, et

This letter is an answer to Brutus i. 5 (852) of May 5th. If the date given (§ 4) by M², viz. xvii. is right, which Schmidt (Cass. p. 46) doubts, we must suppose that the messenger who brought 852 travelled with exceptional rapidity. Eleven days would have been the normal time to reach Dyrrhachium, and Candavia was some 100 miles east of that town. Schmidt accordingly alters to XIII. the reading of M¹. As a proof that this form would be readily corrupted into xvii., cp. 842, 5.

1. *Noli exspectare*] This sentiment, that friends need not be constantly expressing gratitude to one another for kindnesses is not infrequently found : cp. 916, 1. For *exspectare dum* cp. 837, 4.

Filius tuus] For the command of the cavalry which young Cicero held at this time cp. 866, 6. Heraclea is almost certainly Heraclea in Lyncestis, not

Heraclea in Phthiotis, which would be quite out of the way of Brutus's march.

ad petitionem . . . honoris] 'to canvass for, or put himself forward for, the office.' The word *commendationem* means that, if young Cicero found that the comitia were over or that he had no chance that year, he might take some steps to put himself prominently before the people as a probable candidate at the next election.

2. *Glycona*] This charge against Glycon is also made in Tac. Ann. i. 10 ; Suet. Oct. 11. For the Greek form cp. *Pana*, N. D. iii. 56 ; *Zostera* . . . *Ceo*, Att. v. 12, 1 (202) ; *Nesida*, Att. xvi. 4, 1 (771).

Achilleos] If a Roman were speaking of the Greek hero he would use the Roman form *Achilles*. The name of an obscure slave would not be Latinized.

quidem valde rogo—nam Achilleus noster non minus, quam æquum est, laborat—, eripias eum ex custodia conservesque : hoc ego ad meum officium privatarum rerum æque atque ullam aliam rem pertinere arbitror. 3. Cum has ad te scriberem litteras, a Satrio, legato C. Trebonii, reddita est epistola mihi, a Tillio et Deiotaro Dolabellam caesum fugatumque esse : Graecam epistolam tibi misi Cicereii cuiusdam ad Satrium missam. 4. Flavius noster de controversia, quam habet cum Dyrrhachinis hereditariam, sumpsit te iudicem : rogo te, Cicero, et Flavius rogat, rem conficias. Quin ei, qui Flavium fecit heredem, pecuniam debuerit civitas, non est dubium, neque Dyrrhachini infitiantur, sed sibi donatum aes alienum a Caesare dicunt : noli pati a necessariis tuis necessario meo iniuriam fieri. XIII. K. Iunias ex castris ad imam Candaviam.

DCCCLXVIII. BRUTUS TO CICERO (BRUT. I. 7).

MACEDONIA (P) ; AFTER MAY 20 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

Brutus Ciceronem rogat ut Bibulum in Pansae locum nominet, et de Domitio et Appuleio scribit.

BRUTUS CICERONI SAL.

I. L. Bibulus quam carus mihi esse debeat, nemo melius iudicare potest quam tu, cuius tantae pro re publica contentiones

ad meum officium privatarum rerum] 'to my duty in private matters.'

3. *has ad te scriberem litteras*] Meyer (p. 109) says that Cicero does not use the expression *has scribere litteras*, but *hæc scribere*.

Satrio] Nothing is known of Satrius or Cicereius except what is related here.

Tillio] i.e. Tillius Cimber, one of the conspirators, who was now governor of Bithynia (Dio Cass. xlvii. 31, 1).

4. *Flavius*] He was *praefectus fabrum* of Brutus : cp. 865, 3. He fell at Philippi, to the deep grief of Brutus, Plut. Brut. 51.

sed sibi . . . dicunt] an accidental hexameter.

necessariis] Cicero was patronus of

Dyrrhachium : cp. Fam. xiv. 1, 7 (82) ; 3, 4 (84), and especially Planc. 97, *Dyrrhachium quod erat in mea fide*.

xiii] See introd. note.

imam Candaviam] a mountainous district on the borders of Epirus and Macedonia. Cicero hardly ever uses *imus* for *infimus*, yet cp. Rose. Com. 20. It often occurs in Cornificius, e.g. ad Herenn. iii. 25, 30 ; iv. 45 ; also in Caesar B. G. iii. 19, 1 ; iv. 17, 3.

The date of this letter cannot be fixed with any certainty. It was after May 20th, the date of 867, and before the end of June, because Cicero answers it on July 14 (913, 1).

1. *L. Bibulus*] Meyer (p. 59) argues

sollicitudinesque fuerunt: itaque vel ipsius virtus vel nostra necessitudo debet conciliare te illi; quo minus multa mihi scribenda esse arbitror, voluntas enim te movere debet nostra, si modo iusta est aut pro officio necessario suscipitur. *Is* in Pansae locum petere constituit; eam nominationem a te petimus: neque coniunctiori dare beneficium, quam nos tibi sumus, neque digniorem nominare potes quam Bibulum. 2. De Domitio et Appuleio quid attinet me scribere, cum ipsi per se tibi commendatissimi sint? Appuleium vero tu tua auctoritate sustinere debes; sed Appuleius in sua epistola celebrabitur, Bibulum noli dimittere e sinu tuo, tantum iam virum, ex quanto, crede mihi, potest evadere, qui vestris paucorum respondeat laudibus.

that this is the son of M. Bibulus by his marriage with Porcia, daughter of Cato of Utica, who afterwards became wife of M. Brutus. Porcia can hardly have been born before 678 (76); and if she had a son in 694 (60), he would be only 17 now. Examples can be adduced of young men, who at an equally early age were invested with priesthoods (e.g. Caesar was Flamen Dialis at 16, Octavian Pontifex Maximus at 19); and young Bibulus may have held a military command (cp. App. iv. 104) as well as young Cicero. We know young Bibulus was attached to M. Brutus, and subsequently wrote a short memoir of him (*βιβλίδιον μικρὸν ἀπομνημονευμάτων Βρούτου*, Plut. Brut. 13: cp. 23).

necessario] If this word is taken as an adjective it must be translated, 'incumbent on me' (owing to the connexion of Brutus with the family of Bibulus) rather than 'as a relative'; the latter would be *necessitudinis* (Muren. 73); but it is better with Becher to take it as an adverb. For *voluntas suscipitur* cp. Cat. iii. 22, *dis ego immortalibus ducibus hanc mentem voluntatimque suscepi*.

Is in] We must add *Is*, as Wesenberg does. Poggio's ms (Med. 49, 24) has *is* for *in*, which Schmidt (Jahrb. 1889, p. 182) adopts.

nominationem] probably for the Augurate: cp. note to 852, 3.

2. *De Domitio*] cp. 913, 1.

Appuleio] He had been augur two years before, Att. xii. 13, 2 (545), and had lately rendered considerable assist-

ance to Brutus, both in collecting an army and in handing over to him a large quantity of state money: cp. note to 850, 1. He was probably seeking the pontificate at this time.

celebrabitur] Markland (p. 67) objects to this word, apparently on the ground that there is no other example of its being used of praise of any one addressed to an *individual*; it is always used of praise addressed to a large mass. We consider this accidental, as mention of praise of any one addressed to an individual is very seldom found at all. We might fairly say, 'I shall deliver a panegyric on Appuleius in the letter which I am giving him,' though the panegyric was meant to meet the eye of only a single person.

tantum] 'a man already of such promise as (you may take my word for it) to be able to develop into a member of that small class which wins praise of you and your friends.' The subjunctive *possit* would be simpler; but perhaps *potest* is modal, and *evadere potest = evasurus sit*.

vestris paucorum . . . laudibus] 'literally, 'comes up to the praises you bestow on few.' Or possibly it might be 'to the praises of you few who are good judges,' i.e. *vestrorum paucorum laudibus*. But in either case *paucorum* is so awkward and unnecessary that we are almost inclined to bracket it, supposing it to be a gloss on *vestris*, which signified that few had merit sufficient to win the praises of Cicero.

DCCCLXIX. LEPIDUS TO CICERO (FAM. X. 34, §§ 1, 2).

PONS ARGENTEUS; MAY 18 (ABOUT); A. U. C. 711; B. C. 43;
AET. CIC. 63.

M. Lepidus narrat quid Antonio adveniente egerit.

M. LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. M. TULLIO CICERONI.

1. S. V. B. E. E. V. Cum audissem Antonium cum suis copiis, praemisso L. Antonio cum parte equitatus in provinciam meam venire, cum exercitu meo ab confluyente Rhodani castra movi ac contra eos venire institui. Itaque continuis itineribus ad Forum Voconii veni et ultra castra ad flumen Argenteum contra Antonianos feci. P. Ventidius suas legiones tres coniunxit cum eo et ultra me castra posuit: habebat antea legionem quintam et ex reliquis legionibus magnam multitudinem, sed inermorum. Equitatum habet magnum: nam omnis ex proelio integer discessit, ita ut sint amplius equitum milia quinque. Ad me complures milites et equites ab eo transierunt et in dies singulos eius copiae minuuntur. 2. Silanus et Culleo ab eo discesserunt. Nos etsi

The Pons Argenteus was a little north-east of Forum Voconii (now Le Canet), on the road between Aquae Sextiae (Aix) and Forum Julii (Fréjus). The Argenteus is now called the Argents. Ventidius, on May 15 (872, 1), was two days' journey from Antony. On the day on which this letter was written he had joined him; so that it cannot have been written before May 18.

1. *ab confluyente Rhodani*] 'from the confluence of the Rhone,' i.e. with the Druentia (Durance), near Avenio. Wesenberg points out that the smaller river is usually mentioned (cp. Caes. B. G. iv. 15, 2; Tac. Hist. ii. 40), and adds <Druentiae ac>: yet cp. Liv. i. 27, 4. Hübner reads *ab confluyente* <Arari et> Rhodano. See Adn. Crit.

ultra] 'beyond the town,' i.e. to the east of it.

legiones tres] The 7th, 8th, 9th: cp. 890, 4.

ultra me] 'to the east of me,' i.e. further on in the direction in which I was facing. For *ultra* with a pronoun cp. Caes. B. G. i. 48, 2, *ultra eum*.

ex reliquis legionibus] i.e. the 2nd and 35th, and three others (probably consisting of recruits with perhaps a few *evocati*): for in Phil. viii. 25, Antony is quoted as stating that he had six legions.

inermorum] For the form, cp. 863, 1. Watson notices that this paragraph leads us to think that Galba's account of Antony's loss was over-stated (cp. 841, 5).

equitum milia quinque] So we read according to the fine emendation of Madvig. H. Pal give *equitum M. itaque*. But a thousand cavalry would be a small quota with six legions, and no satisfactory sense can be obtained for *itaque*.

2. *Silanus*] cp. 841, 1.

Culleo] Q. Terentius Culleo was appointed by Lepidus to guard the passes of

graviter ab iis laesi eramus, quod contra nostram voluntatem ad Antonium ierant, tamen nostrae humanitatis et necessitudinis causa eorum salutis rationem habuimus, nec tamen eorum opera utimur neque in castris habemus neque ulli negotio praefecimus. Quod ad bellum hoc attinet, nec senatui nec rei publicae deerimus. Quae postea egerimus faciam te certiore.

DCCCLXX. PLANCUS TO CICERO (FAM. X. 18).

CAMP IN GAUL; MAY 18; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

I. Plancus narrat quibus causis commotus ad Lepidum proficiscatur.

PLANCUS CICERONI.

1. Quid in animo habuerim, cum Laevus Nervaque discesserunt a me, et ex litteris, quas eis dedi, et ex ipsis cognoscere potuisti, qui omnibus rebus consiliisque meis interfuerunt. Accidit mihi, quod homini pudenti et cupido satis faciendi rei publicae bonisque omnibus accidere solet, ut consilium sequerer periculosum magis, dum me probarem, quam tutum, quod habere posset obtretationem. 2. Itaque post discessum legatorum, cum binis continuis litteris et Lepidus me ut venire rogaret et Laterensis multo etiam magis prope implorans obtestaretur, non ullam rem aliam extimescens quam eandem, quae mihi quoque facit timorem, varietatem atque infidelitatem exercitus eius, non dubitandum putavi quin succurrerem meque communi periculo offerrem. Sciebam enim,—et cautius illud erat consilium, expectare me ad Isaram, dum Brutus traiceret exercitum, et cum collega consentiente, exercitu concordia ac bene de re p. sentiente, sicut milites

the Alps, but Antony persuaded him to grant a passage (App. iii. 83). For Culleo, cp. Att. iii. 15, 5 (73).

eorum salutis rationem habuimus] 'I have spared their lives.'

This letter was written on the march from the Isara to Forum Voconii, where Lepidus was posted: cp. 872, 1.

1. *Laevus Nervaque*] Both were legates of Plancus. The former is called Laevus

Cispius, 861, 3.

dum me probarem] 'with the approval of my conscience.'

quod . . . obtretationem] 'which was open to censure'; *posset* is generic subjunctive.

2. *legatorum*] sc. Laevus and Nerva.

continuis] 'one after another.'

varietatem] 'changeableness.'

Sciebam] governs *adsignatum iri*.

exercitu concordia . . . sentiente] These

faciunt, hostibus obviam ire,—tamen, si quid Lepidus bene sentiens detrimenti cepisset, hoc omne adsignatum iri aut pertinaciae meae aut timori videbam, si aut hominem offensum mihi, coniunctum cum re publica non sublevassem aut ipse a certamine belli tam necessarii me removissem. 3. Itaque potius periclitari volui, si posset mea praesentia et Lepidum tueri et exercitum facere meliorem, quam nimis cautus videri. Sollicitiorem certe hominem, non suis contractis, neminem puto fuisse. Nam quae res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam adfert sollicitudinem magnumque habet casum. Mihi enim si contigisset ut prior occurrerem Antonio, non mehercules horam constitisset: tantum ego et mihi confido et sic percussas illius copias Ventidiique mulionis castra despicio. Sed non possum

words are found in H, and in some inferior mss. They fell out in H *ex homocoteleuto*. That we should have *consentiente, bene sentiente, and bene sentiens*, in such close proximity, is somewhat remarkable in such a good writer as Plancus; but those who are not complete masters of language are liable at times to harp on the same word, both in writing and speaking.

sicut milites faciunt] ‘as the soldiers of Brutus do,’ i.e. *bene de re p. sentiunt*. For this use of *facio*, cp. 872 fin. Boot on Att. xi. 2, 3 (407) compares Nepos Chabr. 3, 4; 4, 5: Hor. Sat. i. 1, 64. For *δρᾶν* cp. Thueyd. ii. 49, 5.

offensum] ‘if I had not helped, when united with me in public business, a man who was on bad terms with me personally.’ For the hostility between Plancus and Lepidus cp. 895, 1.

3. *non suis contractis*] ‘by no fault of his own.’ For *contrahere*, used of committing a fault, cp. Q. Fr. i. 1, 2 (30), *ea quae ipsorum culpa contracta sunt*: Att. xi. 24, 1 (441), *ea enim est a nobis contracta culpa*. Professor Sandford refers us to Ovid. Trist. iv. 8, 49, *et quanquam vitio pars est contracta malorum*: cp. Rhodius, p. 31, note 4.

absit] Mendelssohn admirably retains the mss readings *absit* and *habebat*, quoting for the unusual use of the present subjunctive, Lucr. ii. 1033, *omnia quae nunc si primum mortalibus extent, Ex improvviso si sint obiecta repente, Quid magis his rebus poterat mirabile dici*. Perhaps also Orat. 141, *si profitear . . . qui tandem reprehenderet?* may be quoted as a parallel, though the reading there is uncertain:

cp. Sandys ad loc. For irregular conditional consecutions, cp. Schmalz, Syntax, § 297. Lambinus, Schütz, Wesenberg read *absesset*. Ernesti and Baiter alter *habebat* to *habeat*.

magnumque habet casum] ‘involves great risk.’

horam] sometimes used for a very brief time: cp. Hor. Epp. i. 1, 82, *Idem eadem possunt horam durare probantes*; Prop. i. 6, 11, *His ego non horam possum durare querellis*.

Ventidii mulionis] For the history of this man, who rose from being a slave to being a consul, cp. Gell. xv. 4. In early life he contracted for supplying mules and carriages for the provincial governors: cp. Marq. i. 526. It would appear that he owed his success to the energetic execution of orders (*mandata sibi pleraque impigre et strenue fecisset*: Gell. l. c. § 3). Shakespeare introduces him in one scene (Ant. and Cleop. iii. 1), as wisely refraining, mere lieutenant that he was of Antony, from pushing his victories over the Parthians as far as he could:—

Who does in war more than his captain can
Becomes his captain's captain: and ambition,
The soldier's virtue, rather makes choice of
loss,
Than gain which darkens him.
I could do more to do Antonius good,
But 'twould offend him: and in his offence
Should my performance perish.

Ventidius is the *Sabinus ille* who *ait fuisse mulio celerrimus* in the clever parody of Catullus (iv.) printed in the Catalecta at the end of the editions of Vergil: cp. note to Fam. xv. 20, 1 (702).

non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest quam seiri eurarique possit. Sed certe, nisi uno loco me tenerem, magnum periculum ipse Lepidus, magnum ea pars exercitus adiret, quae bene de re publica sentit. Magnam etiam perditu hostes accessionem sibi fecissent, si quas copias a Lepido abstraxissent. Quae si adventus meus represserit, agam gratias fortunae constantiaeque meae, quae me ad hanc experientiam excitavit. 4. Itaque a. d. xii. Kalend. Iun. ab Isara castra movi: pontem tamen, quem in Isara feceram, castellis duobus ad capita positis, reliqui praesidiaque ibi firma posui, ut venienti Bruto exercituique eius sine mora transitus esset paratus. Ipse, ut spero, diebus octo, quibus has litteras dabam, cum Lepidi copiis me coniungam.

DCCCLXXI. CICERO TO D. BRUTUS (FAM. XI. 18).

ROME; MAY 19; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero non nullam timoris significationem reprehendit in D. Bruto.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

1. Etsi ex mandatis, quae Galbae Volumnioque ad senatum dedisti, quid timendum putares suspicabamur, tamen timidiora mandata videbantur, quam erat dignum tua populique Romani victoria. Senatus autem, mi Brute, fortis est et habet fortes duces; itaque moleste ferebat se a te, quem omnium, quicumque

vulneris] Puteanus reads *ulceris* 'malignant sore.'

nisi uno loco me tenerem] 'unless I remained in the same place (as Lepidus)': cp. 896, 4, *si uno loco habuissent*, 'if I kept the forces all together in the same place'; also 895, 1, where we must not read *nisi*, but adhere to the MS *si uno loco essent*. In each case *locus* is defined by the subject of the apodosis: cp. Rhodius, p. 32.

quae me ad hanc . . . excitavit] 'which has roused me to make this experiment.' We have added *me* with H. Orelli and all subsequent editors add it before *exci-*

tavit. Gitlbauer, not knowing of the reading of H, suggested *quod* (obtained from *quae ad*) *hanc experientiam excitavit*.

4. *diebus octo, quibus*] 'within eight days of the despatch of the letter.' For the idiom, cp. Caes. B. G. iii. 23, 2, *oppidum . . . paucis diebus quibus eventum erat expugnatum cognoverant*: cp. iv. 18, 1; v. 26, 1. Also in Cicero, 2 Verr. i. 20, *una hora qua coepi dicere*.

1. *Galbae*] cp. 841 init. Volumnius also was a legate of D. Brutus, 863, 1.

fuissent, fortissimum iudicaret, timidum atque ignavum iudicari. 2. Etenim, cum te incluso spem maximam omnes habuissent in tua virtute florente Antonio, quis erat qui quidquam timeret profligato illo, te liberato? Nec vero Lepidum timebamus. Quis enim esset, qui illum tam furiosum arbitraretur, ut, qui in maximo bello pacem velle se dixisset, is in optatissima pace bellum rei publicae indiceret? Nec dubito quin tu plus provideas. 3. Sed tamen tam recenti gratulatione, quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renovatio timoris magnam molestiam adferebat. Qua re velim equidem, id quod spero, ut plane abiectus et fractus sit Antonius: sin aliquid virium forte collegerit, sentiet nec senatui consilium nec populo Romano virtutem deesse nec rei publicae te vivo imperatorem. XIV. Kal. Iun.

DCCCLXXII. PLANCUS TO CICERO (FAM. X. 17).

ON THE MARCH TO FORUM VOCONII; MAY 20; A. U. C. 711; B. C. 43;
AET. CIC. 63.

L. Plancus praesentem belli statum describit, cum excusatione fratris a se dimissi et commendatione suae dignitatis.

PLANCUS CICERONI.

1. Antonius Id. Maiis ad Forum Iulii cum primis copiis venit. Ventidius bidui spatio abest ab eo. Lepidus ad Forum Voconii

2. *Nec . . . tu plus provideas*] 'And I feel no doubt that you can see further into the matter than we can.' *Nec* is coordinate with *nec vero*.

3. *tam recenti gratulatione*] 'when the rejoicings were so recent,' ablative of attendant circumstances. The rejoicings were those which took place after the news of the Battle of Mutina arrived.

abiectus et fractus] 'laid low and crushed.'

consilium] 'judgment.'

on the 16th, Plancus appears to have sent two of his legates, Laevus and Nerva (870), to Rome in order that they might set forth plainly to the authorities the way in which Lepidus was acting. After their departure, on the 19th, Plancus wrote 870 to Cicero, in which he mentioned that Lepidus had again proposed that they should join forces. Plancus apparently asked Lepidus to send some hostage as a security for his honest dealing, and Lepidus sent Apella (§ 3). Accordingly we may place this letter about a day later than 870.

On May 15th Plancus wrote 861, telling (§ 2) how Lepidus had refused to unite with him. Shortly afterwards, probably

1. *Forum Voconii*] An inland town about 24 miles due west of *Forum Iulii*: cp. introd. note to 869.

castra habet, qui locus a Foro Iulii quattuor et viginti millia passus abest, ibique me exspectare constituit, quem ad modum ipse mihi scripsit. Quod si omnia mihi integra et ipse et fortuna servarit, recipio vobis celeriter me negotium ex sententia confecturum. 2. Fratrem meum adsiduis laboribus concursationibusque confectum graviter se habuisse antea tibi scripsi: sed tamen eum primum posse ingredi coepit, non magis sibi quam rei publicae se convaluisse existimans ad omnia pericula princeps esse non recusat. Sed ego eum non solum hortatus sum, verum etiam coëgi isto proficisci, quod et illa valetudine magis conficere se quam me iuvare posset in castris, et quod acerbissimo interitu consulum rem publicam nudatam tali cive praetore in urbanis officiis indigere existimabam. Quod si qui vestrum non probabit, mihi prudentiam in consilio defuisse sciat, non illi erga patriam fidelitatem. 3. Lepidus tamen, quod ego desiderabam, fecit ut Apellam ad me mitteret, quo obside fide illius et societatis in re publica administranda uterer. In ea re studium mihi suum L. Gellius † de tribus fratribus Segaviano probavit, quo ego interprete novissime

[*viginti millia passus*] Hellmuth (pp. 13-15) has a good note on this construction. It belongs to the language of ordinary life, and is based on the principle of apposition. It is not at all unusual when the substantive precedes the numeral e.g. Caes. B. C. ii. 18, 4, *tritici modios CXX millia*: iii. 4, 3; Liv. xxxvii. 59, 4, and Weiss. ad loc.; xxxviii. 38, 13; xxxix. 5, 14; and, accordingly, it is probable that we should read in Att. ii. 16, 1 (43) *non amplius homines quinque millia* with M¹, and not *hominum* with M². But this construction is also found when the numeral comes first, e.g. Nepos Milt. 4, 2, *circiter millia passus decem*; Hannib. 6, 3, *quod abest ab Zama circiter millia passus trecenta* (in which passages Halm and Fleckeisen wrongly alter the mss reading to *passuum*): cp. many mss of Bell. Afr. 10, 2; 63, 1; Bell. Hisp. 8, 16. Even in Cicero Rabir. Post 21, the mss give *decem millia talenta*. So we need not hesitate to admit the construction in Planus and Galba (841, 1). Mendelssohn compares C. I. L. ix. 6075, xiv. 2121. In 895, 2, Planus uses the ordinary construction, *viginti millia passuum*.

[*omnia mihi integra . . . servarit*] 'does not play me false in anything.' After the vacillating conduct of Lepidus related in

861, 2, and 870, 2, Planus was naturally distrustful.

[*2. concursationibus*] 'hurrying to and fro.'

[*ingredi*] 'go about.' It represents the first stage of motion after rest.

[*ad omnia pericula princeps*] For this construction of *princeps*, cp. Reid on Arch. 1, Sull. 11, *princeps ad salutem*.

[*isto*] 'to you,' i.e., to Rome.

[*quod et . . . in castris*] 'because in his state of health, if he remained in the camp, he would succeed in killing himself and not helping me.'

[*3. tamen*] This is difficult. It appears that Planus suddenly plunges into a train of thought about Lepidus, such as—Lepidus has behaved with great vacillation; however (*tamen*) now he has done something, he has sent Apella. Or *tamen* might be for *sed tamen*; 'but notwithstanding this difficulty in which I am involved owing to my brother's state of health, Lepidus has sent Apella.' Manutius alters *tamen* to *tandem*.

[*Apellam*] Apella was doubtless a Greek freedman. *fide* is genitive, cp. Neue i². 379.

[*societatis*] 'co-operation.'

[*In ea re*] These words, omitted in M, are restored from H Pal.

ad Lepidum sum usus. Amicum eum rei publicae cognosse videor, libenterque ei sum testimonio et omnibus ero, qui bene merentur. Fac valeas meque mutuo diligas dignitatemque meam, si mereor, tuearis, sicut adhuc singulari cum benevolentia fecisti.

DCCCLXXIII. CICERO TO BRUTUS (BRUT. I. 1).

ROME; MAY 20 (ABOUT); A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

De L. Clodii trib. pl. singulari et cognito in se Brutumque amore et fide accurate scribit Cicero.

CICERO BRUTO SAL.

1. L. Clodius, tribunus plebis designatus, valde me diligit vel, ut *ἐμφατικώτερον* dicam, valde me amat: quod cum mihi ita persuasum sit, non dubito—bene enim me nosti—, quin illum quoque iudices a me amari; nihil enim mihi minus hominis videtur quam non respondere in amore iis, a quibus provocere. Is mihi visus est suspicari, nec sine magno quidem dolore, aliquid a suis vel per suos potius iniquos ad te esse delatum, quo tuus animus a se esset alienior. Non soleo, mi Brute, quod tibi notum esse arbitror,

de tribus fratribus Segoviano] This passage cannot be restored without better mss., or some more information than we at present possess. Two ingenious corrections have been suggested, one that of Orelli, *L. Gellius D. F.* (= Decimi filius) *tribu Fab.* (= Fabia) *Segovianus* (inhabitant of Segovia, a town in Hispania Tarraconensis), or *Segovia* (= 'from Segovia'); the other that of Kleyn, *L. Gellius de tribus fratribus S. A. C.* (i.e. Sexto, Aulo, Gaio) *Avianis*: cp. Fam. ix. 21, 3 (668), *Tres illi fratres fuerunt C. Cn. M. Carbones*. Gitlbauer (p. 91), proposes *de tribus fratribus se segregando*, which is attractive.

testimonio] Predicative dat. cp. Att. viii. 12 c, 1 (329), *eui rei testimonio sunt litterae*, and frequently in Cicero: see Roby, vol. ii, p. liv.

The date of this letter is fixed by that of 874.

1. *L. Clodius . . . amat*] This sen-

tence is quoted by Nonius (421, 31) to show the difference between *amare* and *diligere*. 'Cicero ad Brutum sic igitur facies et me aut amabis aut, quo contentus sum, diliges; et lib. viii.: *Lucilius Clodius, tribunus plebis designatus, valde me diligit vel, ut emphaticoteron dicam, valde me amat.*' This Clodius is the same man who was *praefectus fabrum* of Appius Claudius Pulcher, Fam. iii. 4, 1 (194); and probably the Clodius who appears in Att. xii. 30 (567); xv. 13, 3 (794). Cobet and Meyer suppose him to be the Gaius Clodius who is mentioned shortly after this time (Dio. Cass. xlvii. 24, 2) as being in the service of Brutus. But in that case we should have to suppose (1) an error in the prenomem; (2) that Brutus entrusted C. Antonius to the charge of a man who was under considerable obligations to the Antonii.

iniquos] Cicero occasionally uses this word for *inimicos*: cp. Fam. xi. 27, 7 (784).

temere affirmare de altero, est enim periculosum propter occultas hominum voluntates multiplicesque naturas : Clodii animum perspectum habeo, cognitum, iudicatum ; multa eius iudicia, sed ad scribendum non necessaria, volo enim testimonium hoc tibi videri potius quam epistolam. Auctus Antonii beneficio est—eius ipsius beneficii magna pars a te est—: itaque eum salvis nobis vellet salvum. 2. In eum autem locum rem adductam intellegit—est enim, ut scis, minime stultus—, ut utrique salvi esse non possint : itaque nos mavult ; de te vero amicissime et loquitur et sentit. Quare, si quis secus ad te de eo scripsit aut [si] coram locutus est, peto a te etiam atque etiam, mihi ut potius credas, qui et facilius iudicare possum quam ille nescio quis et te plus diligo. Clodium tibi amicissimum existima civemque talem, qualis et prudentissimus et fortuna optima esse debet.

DCCCLXXIV. CICERO TO BRUTUS (BRUT. I. 2, §§ 1-3).

ROME ; MAY 20 (ABOUT) ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

Cicero respondet epistolae de cohortibus quinque a Dolabella in Chersonesum missis eiusque dementiam notat, et laudat consilium Bruti eum persequi cogitantis. In seditionis auctoribus dimittendis clementiam Bruti reprehendit.

CICERO BRUTO SAL.

1. Scripta et obsignata iam epistola litterae mihi redditae sunt a te plenae rerum novarum. Maximeque mirabile Dolabellam

multiplices] 'intricate,' 'tortuous,' the opposite of 'simple,' 'straightforward.'

perspectum, cognitum, iudicatum] 'I have tested, investigated, and passed judgment on the mind of Clodius—the words *cognitum, iudicatum* are legal: cp. Verr. ii. 118.

eius] Cobet adds <rei> : but *iudicium animi* is a correct expression: cp. Post Red. in Sen. 8 (according to many mss).

sed ad scribendum non necessaria] cp. De Div. i. 123, *tibi enim nota sunt, mihi ad commemorandum non necessaria*.

testimonium] At first sight it seems as if this word ought to change places with *epistolam*, the meaning being 'I want you

to consider this a friendly letter, in which full proof of everything is not required, as would be required in the case of legal testimony.' But the words as they stand admit of explanation. 'I want you to consider this rather as my deliberate opinion (cp. Fam. xvi. 8, 2; Ep. 314), as evidence which I vouch for and pledge myself for, rather than as a mere letter of recommendation which would not count for much.'

2. *in cum . . . possint*] cp. note to Fam. xvi. 12, 1 (312).

[*si*] *coram*] We have bracketed *si* before *coram* with Cobet; either *quis* should be added after *si*, or *si* omitted.

quinque cohortes misisse in Chersonesum. Adeone copiis abundat, ut is, qui ex Asia fugere dicebatur, Europam appetere conetur? quinque autem cohortibus quidnam se facturum arbitratus est, cum tu eo loco quinque legiones, optimum equitatum, maxima auxilia haberes? quas quidem cohortes spero iam tuas esse, quoniam latro ille tam fuit demens. 2. Tuum consilium vehementer laudo, quod non prius exercitum Apollonia Dyrrhachioque movisti, quam de Antonii fuga audisti, Bruti eruptione, populi Romani victoria: itaque, quod scribis postea statuisse te ducere exercitum in Chersonesum nec pati sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Romani, facis ex tua dignitate et ex re publica. 3. Quod scribis de seditione, quae facta est in legione quarta fraude C. Antonii—in bonam partem accipies—magis mihi probatur militum severitas quam tua clementia * *

This letter supposes that Brutus has heard of the Battle of Mutina (April 21). Brutus must have received that news about May 7, and his answer may have been in Rome about the 18th or 19th. It took from nine to twelve days for a letter to pass between Rome and Dyrrhachium.

1. *Scripta et obsignata epistola*] Words like these generally introduce a postscript, but not always: cp. Att. v. 19, 1 (220); viii. 6, 1 (337); x. 11, 1 (396), quoted by Meyer (p. 35). However, it shows that the date of 873 is the same as that of this letter.

Chersonesum] This was the regular place of transit from Europe to Asia; and even five cohorts, if strongly posted, could give several legions a great deal of trouble before the position could be secured. Dolabella, however, does not appear to have occupied the Chersonesus.

eo loco] It is impossible that *eo* should mean *ibi* (cp. Schmalz, *Antib.* i⁶. 461), or that the construction could be a pregnant one with an ellipse of *ducendas* or *missas* (Gurlitt) taken out of *misisse*. Accordingly we have, with Wesenberg, added *loco*. By *eo loco* Cicero means Europe, not the Chersonese. But perhaps Cobet is right in omitting *eo* altogether, with Cratander.

quinque legiones] Appian (iv. 75) says that Brutus had eight legions; Vell. (ii. 69) that he had seven. The additional three, or two, were probably raised after the departure of Brutus from Dyrrhachium.

2. *Bruti eruptione*] cp. note to 857, 1. *ex re p.*] It is usually *e re p.*, unless *-que* follows the preposition. For *ex re publica* Becher quotes Gell. vi. 3, 47.

3. *in legione quarta*] The fourth legion was in N. Italy, under the command of Octavian. It had gone over to him at the end of 710 (44), cp. Phil. iii. 39, so that there is some corruption in *quarta*. C. F. Hermann's suggestion *quodam* is quite impossible, addressed as the letter is to the commander of the legion in question; but most probably he is right in his correction, *fraude C. Antonii* for *de Catoniis* of the mss: cp. Dio Cass. xlvii. 22 fin., τὰ στρατεύματα στασιασθέντα οἱ ὑπὸ τοῦ Ἀντωνίου κατεστήσατο (sc. ὁ Βρούτος). Owing to the plural τὰ στρατεύματα we once thought that the corruption of *quarta* may have arisen from *legionibus* written in uncials, LEGIONIV' (v for b, as often, and iv being mistaken for a numeral); or that *quarta* took the place of *capta*, and the reference is to one of the legions of Antonius which had surrendered: Dio Cass. xlvii. 21, 7. Madvig (A. C. iii. 198) ingeniously proposes *in legione quarta de<cima fraude> C. Antonii*. For *de Catoniis* Middleton suggested *C. Antonio*, Orelli *deque Antonii*.

in bonam partem accipies] For Brutus, having shown such indulgence towards C. Antonius, might feel it as a stricture on himself that any conduct of Antonius should be called *fraus*, and would certainly resent any censure of his own conduct.

clementia] Some such word as this

DCCCLXXV. D. BRUTUS TO CICERO (FAM. XI. 19).

VERCELLAE; MAY 21; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

D. Brutus de re publica timet, Vicetinos commendat.

D. BRUTUS IMP. COS. DES. S. D. M. CICERONI.

1. Ad senatum quas litteras nisi velim prius perlegas et, si qua tibi videbuntur, commutes. Necessario me scripsisse ipse animadvertes: nam cum putarem quartam et Martiam legiones mecum futuras, ut Druso Paulloque placuerat vobis adsentientibus, minus de reliquis rebus laborandum existimavi. Nunc vero, cum sim cum tironibus egentissimis, valde et meam et vestram vicem timeam necesse est. 2. Vicetini me et M. Brutum praecipue observant. His ne quam patiari iniuriam fieri in senatu vernarum causa, a te peto. Causam habent optimam, officium in rem publicam summum, genus hominum adversariorum seditiosum et inertissimum. XII. Kal. Iun., Vercellis.

must be added: cp. 843, 5, *sed salutaris severitas vincit inanem speciem clementiae*. As regards Brutus's treatment of C. Antonius, cp. Plut. Brut. 26, χρόνον μὲν οὖν πολλὸν ἐν τιμῇ τὸν Γάϊον ἦγε (ὁ Βρούτος), καὶ τὰ παράσημα τῆς ἄρχης οὐκ ἀφήρει, καίπερ, ὡς φασιν, ἄλλων τε πολλῶν καὶ Κικέρωνος ἀπὸ Ρώμης γραφόντων καὶ κελυόντων ἀναιρεῖν. We must not suppose that ὡς φασιν implies that this statement was mere hearsay, and had virtually no evidence to support it. Plutarch uses the words of the written evidence of historians: cp. Comp. Ant. et Demetr. c. 4; and also as implying as much certainty as we imply when we say 'apparently,' or 'it seems,' instead of stating the fact in dogmatic language: cp. Plut. Cic. 40. The remainder of the letter is lost.

1. *quartam*] Apparently the Fourth and Martian legion refused to serve under any one of Caesar's murderers: cp. 886, 2, *legionem Martiam et quartam negant qui illas norunt ulla condicione ad te posse perduci*.

ut Druso Paulloque placuerat] This

means that Drusus and Paullus moved in the senate, and the rest of the senators voted, that D. Brutus should have command of the Fourth and Martian legions. Drusus was the father of Livia Drusilla, wife of Augustus. Paullus had been consul in 704 (50).

2. *Vicetini*] The inhabitants of Vicetia, now Vicenza. They seem to have regarded M. and D. Brutus as their *patroni vernarum*] These were probably freedmen who had been made citizens of Vicetia, or, at any rate, given lands in the vicinity of the township, and were now involved in disputes with its authorities. D. Brutus, who appears to have been a hasty-tempered man, roundly calls them 'born slaves'; and perhaps they had been born such: but they must have been manumitted, as otherwise they would not have had a *locus standi* at all against the municipality. Of course by an aristocrat they were regarded as a disorderly and idle crew. For *inertissimum* Wesenberg reads *incertissimum*, 'utterly untrustworthy.' Gebhard (p. 18) notices that Cicero does not use the word *verna*.

DCCCLXXVI. LEPIDUS TO CICERO (FAM. X. 34, §§ 3, 4).

PONS ARGENTEUS; MAY 22; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

Gratias agit Lepidus Ciceroni quod iniquis de se rumoribus non crediderit.

M. LEPIDUS IMP. ITER. PONT. MAX. S. D. M. TULLIO CICERONI.

3. Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt pro nostra inter nos familiaritate et proinde diligenter ab utroque conservata sunt, tamen non dubito in tanto et tam repentino motu rei publicae quin nonnulla de me falsis rumoribus a meis obtrectatoribus me indigna ad te delata sint, quae tuum animum magno opere moverent pro tuo amore in rem publicam. Ea te moderate accepisse neque temere credendum iudicasse a meis procuratoribus certior sum factus: quae mihi, ut debent, gratissima sunt. Memini enim et illa superiora, quae abs tua voluntate profecta sunt ad meam dignitatem augendam et ornandam, quae perpetuo animo meo fixa manebunt. 4. Abs te, mi Cicero, magno opere peto, si meam vitam, studium diligentissime superioribus temporibus in re publica administranda, quae Lepido digna sunt, perspecta habes, ut paria aut eo ampliora reliquo tempore exspectes et proinde tua auctoritate me tuendum existimes, quo tibi plura tuo merito debeo. Vale. D. xi. K. Iun. ex castris, ex Ponte Argenteo.

3. *Etsi . . . conservata sunt*] 'Although there has always existed between us the greatest emulation in kind service in virtue of our mutual friendship, and the practice is just as before scrupulously maintained by both of us': *studio officii* = 'zeal in doing service.' Madvig (A. C. iii. 163) needlessly alters *mutuo* to *mutui*, and Lambinus reads *officiaque mutua*. For the pleonasm *mutuo inter nos*, cp. Lucr. ii. 76, *inter se mortales mutua vivunt* and Munro ad loc.; Liv. viii. 24, 7; xxxvi. 39, 6; Quintil. x. 2, 15.

quae . . . moverent . . . publicam] 'of such a nature as seriously to disturb your mind, loving as you do your country.'

moderate] 'with reserve.'

animo] Wesenberg adds *in*, comparing Balb. 65; but *fixa* is found without *in* sometimes, e.g. Cat. iv. 23 (in many mss); Verg. Aen. iv. 16, *si mihi non animo fixum*

immutumque scderet.

4. *vitam, studium diligentissime*] Lambinus reads *diligentiam* or *diligentiam summam* for *diligentissime*, needlessly: for such an 'asyndeton bimembre' as appears in the mss here is common enough: cp. 882, 6, and Lehmann, p. 25.

quae Lepido digna sunt] 'and they (sc. my life and political activity) are worthy of a Lepidus.' Wesenberg reads *sint*, 'if you have thoroughly seen that my life and political activity are worthy of a Lepidus.'

et proinde . . . debeo] 'and I beg of you to feel that you should lend me the protection of your influence in proportion as I am the more deeply indebted to you by reason of your kindness.' *Proinde*, a word which Lepidus seems to affect (§ 3), is used instead of some ordinary phrase, like *eo magis*.

DCCCLXXVII. D. BRUTUS TO CICERO (FAM. XI. 20).

EPOREDIA ; MAY 24 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

D. Brutus M. Ciceronem monet, ut veteranorum animos sibi conciliet.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

1. Quod pro me non facio, id pro te facere amor meus in te tuaque officia cogunt ut timeam. Saepe enim mihi cum esset dictum neque a me contemptum, novissime Labeo Segulius, homo sibi simillimus, narrat mihi apud Caesarem se fuisse multumque sermonem de te habitum esse: ipsum Caesarem nihil sane de te questum nisi dictum quod diceret te dixisse^x 'laudandum adolescentem, ornandum, tollendum':^x se non esse commissurum ut tolli posset. Hoc ego Labeonem credo illi rettulisse aut finxisse dictum, non ab adolescente prolatum. Veteranos vero pessime loqui volebat Labeo me credere et tibi ab iis instare periculum, maximeque indignari, quod in decemviris neque Caesar neque ego habitus essemus atque omnia ad vestrum arbitrium essent collata. 2. Haec cum

1. *Quod . . . ut timeam*] The last two words are explanatory of *quod*, 'namely, fear.'

homo sibi simillimus] so H Pal. 'a man who is exactly the same as he always is,' i.e. in this case, a mischief-maker. M has *sui simillius*, and some inferior mss have *sui simillimus*. Mendelssohn wishes to read the latter. It is true that 'in Cicero *similis* generally takes the genitive of nouns and pronouns denoting persons; but there are about a dozen passages where the dative rests on fair authority, enumerated in Madvig Fin. v. 12' (Reid, Academ. ii. 118). Besides, we must remember that this is Brutus and not Cicero. Charisius, indeed (p. 84), says that *sui similis* is the correct usage (cp. Phil. i. 5; 829, 1); but we find *similis tibi* in Hor. A. P. 254; Quintil. ix. 4, 60.

dictum] 'a pointed remark which he said you made, that the young man should be lauded, applauded, and exalted to the skies; that he will not allow himself to be exalted to the skies.' *Tollendum* is

used in the double sense of 'to raise to honour' and 'to make away with': for the saying cp. Suet. Aug. 12, *causam optimatium sine cunctatione deseruit, ad praetextum mutatae voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus, quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque iactassent ne aut sibi aut veteranis par gratia referretur*: Vell. ii. 62, 6, *Hoc est illud tempus quo Cicero insito amore Pompeianarum partium Caesarem laudandum et tollendum censebat, eum aliud diceret aliud intellegi vellet.*

prolatum] 'that it was not first mentioned by the young man.'

decemviris] These ten commissioners were appointed, after the rescinding of the agrarian law of Antony, to distribute lands to the soldiers who had loyally served the state. Neither Octavian nor D. Brutus were appointed on the Commission, though they were at the head of armies who were interested in the proposed division.

collata] 'given over to.'

audissem et iam in itinere essem, committendum nondum putavi, prius ut Alpes transgrederer quam quid istic ageretur scirem. Nam de tuo periculo, crede mihi iactatione verborum et denuntiatione periculi sperare eos, te pertimefacto, adolescente impulso, posse magna consequi praemia et totam istam cantilenam ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri faciant. Neque tamen non te cautum esse volo et insidias vitantem: nihil enim tua mihi vita potest esse iucundius neque carius. 3. Illud vide, ne timendo magis timere cogare et, quibus rebus potest occurri veteranis, occurras: primum, quod desiderant de decemviris, facias: deinde de praemiis, si tibi videtur, agros eorum militum, qui cum Antonio veterani fuerunt, iis dandos censeas ab utrisque nobis; de nummis lente ac ratione habita pecuniae senatum de ea re constituturum. Quattuor legionibus iis, quibus agros dandos censuistis, video facultatem fore ex agris Sullanis et agro Campano: aequaliter aut

2. *nondum*] This was certainly the reading of the archetype, see Adn. Crit.: and though *non* would be simpler and more Ciceronian, yet D. Brutus may have written *nondum*. Translate 'I did not think I should as yet proceed to cross the Alps before,' &c.

sperare . . . consequi] *posse consequi* = *consecuturos*: *inactione verborum*, 'by boastful words,' in modern slang 'bluff.' *pertimefacto*] cp. Pacuvius (302, Ribb.) *tripliciter pertimefactus macrore animi incerte errans vagat*. Cicero uses *timefacta*, Off. ii. 24.

totam istam cantilenam] 'and that the rhyme attributed to you is altogether based on a desire of getting as much gain as possible,' i.e. they hope that you, when terrified by their threats, will propose that larger grants be made to the soldiers of Octavian than to mine. Brutus wishes it to be understood that he considered Cicero had been injudicious in his language; but that, while being more cautious in the future, he should not exhibit too much fear in the face of the threats of the soldiers of Octavian, and thus give them larger rewards than he gave to the soldiers of Brutus.

3. *occurras*] 'meet the wishes of,' cp. Cluent. 63, *sed ego occurram expectationi vestrae, indices*. We must not carry on *ne* to this clause. We might possibly take *occurras* to mean 'oppose' (cp. Cat. iii. 17, *omnibus eius consiliis occurri atque*

obstiti); but the following clauses lend countenance to the former interpretation.

iis] sc. to the veterans in our armies. *ab utrisque nobis*] 'by both of us,' that is, by Octavian and Brutus himself. Cicero would have said *ab utrisque nostrum* (Lael. 16; Sull. 13), as indeed he does say in his answer to this letter, 893, 5.

Quattuor legionibus] These are apparently the soldiers of Octavian, viz. the fourth and Martian legions which had deserted from Antony, and the two legions of veterans which Octavian himself raised.

ex agris Sullanis] These are probably the lands illegally occupied by the *Sullanii homines*, i.e. those who (1) either encroached upon state-land which had been confiscated by Sulla, or who (2) bought from soldiers land which had been assigned to them on condition that they should not sell it: see Vol. I², pp. 410, 411. As both these classes of occupants held the land illegally, the state had a right to confiscate it, though prudent statesmen did not proceed to such stringent measures. Schütz thinks that possibly we should read *ex agris Stellatis et Campano*: for the *ager Stellatis* is often mentioned in connexion with the Campanian land (Leg. Agr. i. 20, ii. 85) as suitable for division. Mendelssohn thinks we might perhaps read with M Pal *Silani*. He holds apparently that these now confiscated lands belonged originally to M.

sorte agros legionibus adsignari puto oportere. 4. Haec me tibi scribere non prudentia mea hortatur, sed amor in te et cupiditas otii, quod sine te consistere non potest. Ego, nisi valde necesse fuerit, ex Italia non excedam. Legiones armo, paro: spero me non pessimum exercitum habiturum ad omnes casus et impetus hominum. De exercitu, quem Pausa habuit, legionem mihi Caesar non remittit. Ad has litteras statim mihi rescribe tuorumque aliquem mitte, si quid reconditum magis erit meque scire opus esse putaris. VIII. Kal. Iun., Eporodia.

DCCCLXXVIII. D. BRUTUS TO CICERO (FAM. XI. 23).

EPOREDIA; MAY 25; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

D. Brutus M. Ciceronem bene de re publica sperare iubet.

D. BRUTUS S. D. M. CICERONI.

1. Nos hic valemus recte et, quo melius valeamus, operam dabimus. Lepidus commode nobis sentire videtur. Omni timore deposito debemus libere rei publicae consulere. Quod si omnia essent aliena, tamen tribus tantis exercitibus, propriis rei publicae, valentibus magnum animum habere debebas, quem et semper habuisti et nunc fortuna adiuvante augere potes. 2. Quae tibi superioribus litteris mea manu scripsi, terrendi tui causa homines

Junius Silanus, who, though sent by Lepidus to assist D. Brutus at Mutina, fought on the side of Antony, cp. 841, 1; 869, 2; Dio Cass. xlv. 38 fin. cp. Drumann iv. 47.

4. *ex Italia*] The name Italy at this time would seem to have embraced all the country up to the Alps; cp. § 2, *prius ut Alpes transgrederer*.

reconditum] 'abstruse,' cp. 893, 5. *occultius*, 'of a more secret nature,' would have been a better word: cp. 893, 5.

Eporodia] now Ivrea, in Piedmont, on the Dora Baltea.

1. *Nos hic valemus*] A variation on the usual S. V. B. E. E. Q. V.

commodè] The wish must have been father to the thought, for D. Brutus had, in general, very little confidence in Lepidus, cp. 847, 1, 2. Cicero, sanguine as ever, thought that this news from D. Brutus wiped away all fear (894, 1).

Quod si . . . debebas] 'But even if everything were adverse (i.e. if Lepidus had declared *against* us), yet, with three such large armies specially at the service of the state, and in strong force, you ought to maintain the high spirit which you have always maintained, and now with the help of fortune you should raise it higher.' The three armies are those of Octavian, of Plancus, and his own.

2. *superioribus litteris*] i.e. 887, §§ 1, 2.

loquuntur. Si frenum momorderis, peream, si te omnes, quot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Ego, tibi ut antea scripsi, dum mihi a te litterae veniant, in Italia morabor. VIII. Kal. Iun., Eporedia.

DCCCLXXIX. CICERO TO PLANCUS (FAM. X. 19).

ROME; ABOUT MAY 27; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero L. Planco scribit sibi et senatui gratiarum actionem gratam fuisse et litteris Planci senatum delectatum esse, ut bellum conficiat hortatur.

CICERO PLANCO.

1. Quamquam gratiarum actionem a te non desiderabam, cum te re ipsa atque animo scirem esse gratissimum, tamen—fatendum est enim—fuit ea mihi periucunda. Sic enim vidi, quasi ea, quae oculis cernuntur, me a te amari. Dices, ‘quid antea?’ Semper equidem, sed numquam illustrius. Litterae tuae mirabiliter gratae sunt senatui, cum rebus ipsis, quae erant gravissimae et maximae,

Si frenum momorderis . . . poterunt] ‘If you take the bit between your teeth, may I die if the whole lot of them will be able to withstand you when you attempt to speak.’ Brutus likens Cicero to a horse which his opponents are trying to hold in: if he takes the bit between his teeth, that is, if he resists and begins to speak, their efforts will be in vain. For *frenum mordere*, cp. Senec. Tranquill, An. xv. 1 fin, *Desciscat oportet a solito et efferatur et mordeat frenos et rectorem rapiat suum*: Aesch. Prom. 1009, *δακὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγῆς Πῶλος βιάζει καὶ πρὸς ἡνίας μάχει*. The phrase is used in a different sense in Statius Silv. i. 2, 28, *subicit leges et frena momordit Ille solutus amor*, ‘submits to the bit.’ We should have expected that Brutus would have used *coercere*, or some such word instead of *ferre*; but perhaps the intervention of *conantem loqui* led him to drop the metaphor.

in Italia . . . Eporedia] cp. note to 877, 4.

As regards the date, see introd. note to 881.

1. *gratiarum actionem*] ‘the giving of thanks.’ The reference is to 848, 1.

re ipsa atque animo] ‘in very deed and heart.’

Dices ‘quid antea?’] ‘You will say, “What of the past?”’ [i.e. Did you not love me before?] Yes, I did indeed (love you in the past), but never more conspicuously.’ It is as hard to analyse the colloquial and elliptical, *Quid antea?* as it is to analyse the English version we have given.

Litterae] ‘Your letter is marvellously pleasing to the senate, both in the subjects related, which were most weighty and important, and displayed a very resolute mind and sound judgment, and in the dignity of the sentiments and language.’ The letter referred to is probably one addressed to the senate, recounting the same events as 860. That was written on May 13, and allowing thirteen days for it to travel from Cularo to Rome (650 miles about), this letter may have been written as early as May 27.

sunt . . . erant] Perfect accuracy would demand either two present or two past

fortissimi animi summiq[ue] consilii, tum etiam gravitate sententiarum atq[ue] verborum. 2. Sed, mi Plance, incumbere, et belli extrema perficias: in hoc erit summa et gratia et gloria. Cupio omnia rei publicae causa; sed meherecules in ea conservanda iam defetigatus non multo plus patriae faveo quam tuae gloriae: cuius maximam facultatem tibi di immortales, ut spero, dedere: quam complectere, obsecro. Qui enim Antonium oppresserit, is hoc bellum taeterimum periculosissimumq[ue] confecerit.

DCCCLXXX. CICERO TO FURNIUS (FAM. X. 25).

ROME; ABOUT MAY 26; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero C. Furnium, qui praeturam petere cupiebat, ne id nimio opere festinet, hortatur.

CICERO S. D. FURNIO.

1. Si interest, id quod homines arbitrantur, rei publicae te, ut instituisti atq[ue] fecisti, navare operam rebusq[ue] maximis, quae ad extinguendas reliquias belli pertinent, interesse, nihil videris melius neq[ue] laudabilius neq[ue] honestius facere posse istamq[ue] operam tuam, navitatem, animum in rem publicam celeritati praeturae anteponendam censeo. Nolo enim te ignorare quantam

tenses. But the slight irregularity hardly justifies Wesenberg's alteration to *fuerunt*, which certainly cannot be supported by his own unsatisfactory alteration of *praefuerunt* to *praesunt* in 833, 3.

2. *in ea conservanda iam defetigatus*] cp. 851, 6 *quam* (sc. *remp.*) *nos, si licbit, more nostro tuebimur, quamquam admodum sumus iam defetigati.*

dedere] Orelli and Klotz read *dederunt*. Dr. Reid says (ap. Orat. 157, ed Sandys): 'There is hardly a sound example of *-ere* in the perfect in any really good ms of Cicero (Neue ii. 390), and similarly in the case of Caesar.' Neue (p. 295, ed. 1) mentions four passages in Cicero where all the good mss give *-ere*, viz., this passage; Leg. Agr. i. 12, *suscepere*, Piso 96 *fuere* (one ms has *fuerint*);

Leg. i. 6 *successere*. As all the mss here give *dedere*, we have thought it best to adhere to them.

For Furnius, see Introduction.

1. *navare operam*] 'devote your service to': cp. Fam. xv. 12, 2 (217), and note to ix. 2, 5 (461).

ad extinguendas reliquias] 'to quench the last embers of this war.'

celeritati praeturae] 'the speedy attainment of the praetorship': cp. § 3. We do not know an exact parallel for this construction; but as it is allowable to say *morari certamen*, and hence *mora certaminis*, Liv. ix. 43, 10; so *celeritas praeturae* may be permitted as *accelerare consulatum* is good Latin, Tac. Ann. iii. 75, 2.

laudem consecutus sis: mihi crede, proximam Planco, idque ipsius Planci testimonio, praeterea fama scientiaque omnium. 2. Quam ob rem si quid operis tibi etiam nunc restat, id maximo opere censeo persequendum. Quid enim honestius aut quid honesto anteponendum? Sin autem satis factum rei publicae putas, celeriter ad comitia, quoniam mature futura sunt, veniendum censeo: dum modo ne [quid] haec ambitiosa festinatio aliquid imminuat eius gloriae, quam consecuti sumus. Multi clarissimi viri, cum rei publicae darent operam, annum petitionis suae non obierunt. Quod eo facilius nobis est, quod non est annus hic tibi destinatus, ut, si aedilis fuisses, post biennium tuus annus esset. Nunc nihil praetermittere videbere usitati et quasi legitimi temporis ad petendum. Video autem Planco consule, etsi etiam sine eo rationes expeditas haberes, tamen splendidiorem petitionem tuam, si modo ista ex sententia confecta essent. 3. Omnino plura me scribere, cum tuum tantum consilium iudiciumque sit, non ita necesse arbitrabar, sed tamen sententiam meam tibi ignotam esse nolebam: cuius est haec summa, ut omnia te metiri dignitate malim quam ambitione maioremque fructum ponere in perpetuitate laudis quam in celeritate praeturae. Haec eadem locutus sum domi meae, adhibito Quinto fratre meo et Caecina et Calvisio, studiosissimis

Planco] This shows that the present letter was probably written about the same time as 879, and that the praise which Cicero bestows on both Plancus and Furnius was for the success of their negotiations with Lepidus, in which Furnius played an important part (848, 3).

2. *mature*] 'soon.'

ambitiosa] 'interested.'

consecuti sumus] Cicero implies that he takes such an interest in Furnius that he too has a share in whatever honour Furnius gains: cp. *nobis* immediately below. We have bracketed *quid* as it is not found in H Pal, and spoils the sentence.

non obierunt] 'have not put in an appearance in the regular year for their canvass,' lit. 'have not gone to meet': cp. Lael. 7, Att. xiii. 14, 1 (627), and the English phrase, 'to meet an engagement.'

Quod . . . esset] Furnius appears to have stood unsuccessfully for the aedileship of 711 (43). Cicero, in urging him to relinquish the canvass for the praetor-

ship of 712 (42), says that, if he had been successful in obtaining the aedileship, he could not have competed for the praetorship for two years, and accordingly 712 (42) would not have been 'his year.' Two years must elapse between aedileship and praetorship; thus Cicero was curule aedile in 685 (69), praetor in 688 (66); and Clodius was curule aedile in 698 (56), praetor in 701 (53): cp. Mommsen St. R.². i. 509-10.

rationes expeditas haberes] 'you had your plans arranged quite independent of him.'

3. *dignitate . . . quam ambitione*] 'love of honour rather than considerations of mere advancement.'

perpetuitate laudis] 'lasting reward of glory.'

Caecina] Orelli considers it uncertain whether this Caecina was Cicero's correspondent (cp. vol. iv. p. xxiii), or his son, who is mentioned as a friend of Octavian's in 797, 2.

Calvisio] If, as Billerbeck and Orelli suppose, this was the Calvisius who had

tui, cum Dardanus, libertus tuus, interesset. Omnibus probari videbatur oratio mea, sed tu optime iudicabis.

DCCCLXXXI. CICERO TO PLANCUS (FAM. X. 16).

ROME; MAY 27 (ABOUT); A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero gratissimas senatui fuisse L. Planci litteras factumque senatus consultum in suam sententiam significat, et ut, ubi facto opus sit, sibi ipse statim consulat neve senatus consilium expectet auctor est.

CICERO PLANCO.

1. Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi quam tuas, Plance, litteras. Redditae sunt enim frequenti senatu Cornuto, cum is frigidus sane et inconstantes recitasset litteras Lepidi. Sub eas statim recitatae sunt tuae non sine magnis quidem clamoribus. Cum rebus enim ipsis essent et studiis beneficiisque in rem publicam gratissimae, tum erant gravissimis verbis ac sententiis. Flagitare senatus institit Cornutum, ut referret statim de tuis litteris. Ille se considerare velle. Cum ei magnum convicium fieret cuncto a senatu, quinque tribuni plebi rettulerunt. Servilius rogatus rem

been sent by Antony to supersede Cornificius in Africa, but had failed to effect his purpose, it would be a proof that political differences, even in this crisis, did not necessarily cause a breach of friendly intercourse: cp. 907, 3, *Calvisius, homo magni iudicii tuique amantissimus*. But he was most probably another man altogether.

1. *tuas litteras*] This letter to the senate probably related the same events as 848 and 860. The latter epistle was written about May 13. Allowing the distance to be 650 miles from Canaro to Rome, the letters would take about 13 or 14 days on their journey. Accordingly they reached Rome about May 26, and were at once brought before the senate. Immediately after the first meeting of the senate Cicero probably wrote 879;

and, when the whole debate on the letters of Plancus had ended, he wrote 881. Possibly 879 was never despatched, or 879 and 881 were duplicates: cp. introd. note to 889.

Cornuto] As praetor urbanus Cornutus presided in the Senate, both the consuls being dead: cp. 838, 3.

frigidus sane et inconstantes] 'lifeless and shifty.' Probably Lepidus professed in a cold manner that he would serve the State, but at the same time urged that peace should be made. His letters lacked the warm professions of devotion which Plancus expressed.

gravissimis verbis ac sententiis] 'in their weighty language and sentiments': cp. 838, 1; 879, 1.

quinque tribuni] For examples of motions made in the Senate by tribunes during the last century of the Republic,

distulit : ego eam sententiam dixi, cui sunt adsensi ad unum. Ea quae fuerit ex senatus consulto cognosces. 2. Tu, quamquam consilio non eges vel abundas potius, tamen hoc animo esse debes, ut nihil huc reiicias neve in rebus tam subitis tamque angustis a senatu consilium petendum putes, ipse tibi sis senatus, quocumque te ratio rei publicae ducet, sequare, cures ut ante factum aliquod a te egregium audiamus quam futurum putarimus. Illud tibi promitto, quicquid erit a te factum, id senatum non modo ut fideliter, sed etiam ut sapienter factum comprobaturum.

DCCCLXXXII. L. LENTULUS TO THE SENATE AND
MAGISTRATES (FAM. XII. 15, §§ 1-6).

PERGA ; MAY 29 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

P. Lentulus res a se gestas publice memorat, in Rhodios invehitur, de Dolabella grata narrat.

P. LENTULUS P. F. PROQ. PROPR. S. D. COSS. PR. TR. PL.
SENATUI POPULO PLEBIQUE R.

I. S. V. L. V. V. B. E. V. Scelere Dolabellae oppressa Asia in proximam provinciam Macedoniam praesidiaque rei publicae, quae

see the list in Willems *Le Sénat* ii. 141, note 3. He quotes Phil. iii. 13, *Quamobrem, tribuni pl., quamquam vos nihil aliud nisi de praesidio, ut senatum tuto consules Kal. Ian. habere possent, rettulistis* : cp. Phil. vii. 1. For the genitive *plebi*, cp. Neue². 380.

rem distulit] 'proposed to adjourn the matter.'

ad unum] Wesenberg has inserted *omnes*. He says *ad unum* is always found with *omnes* in prose. Lehmann (p. 82) quotes Q. Fr. iii. 2, 2 (150) *consurrexit senatus cum clamore ad unum sic ut ad corpus eius accederet*. In verse it is not unusual : cp. Ribbeck *Frag. Trag.*, p. 273, *deletionem nostri ad unum exercitus* and Verg. *Aen.* v. 687 *Iupiter omnipotens, si nondum exosus ad unum Troianos*.

2. *in rebus . . . angustis*] 'in such a sudden and pressing crisis.'

huc] 'to Rome.'
putes, ipse] Continue the force of *ut* with *ipse*.

For an account of Lentulus see Introduction. We have dated this letter May 29, as it was written on the same day as 883, though earlier in the day. The postscript § 7 (891) was added a few days later on June 2. There is a detailed and valuable treatise, 'Ueber die Sprache der Briefe des P. Cornelius Lentulus Spinther,' by Dr. Albrecht Köhler of Nürnberg (1890), of which we have made considerable use.

PROQ. PROPR.] *Proquaestor* was the title (1) of the quaestor of the previous year who retained his position between the expiration of his own term of office and the arrival of the new quaestor ; (2), of the legate who performed the functions of quaestor in case the latter had become disabled or died, or for any other reason was prevented from performing the duties of quaestor. In virtue of (1) Lentulus was *Proquaestor*. Again, if the governor left his province he usually delegated his powers to the quaestor, who was called

M. Brutus V. C. tenebat, me contuli et id egi, ut, per quos celerime possent, Asia provincia vectigaliaque in vestram potestatem redigerentur. Quod cum pertimuisset Dolabella vastata provincia, correptis vectigalibus, praecipue civibus Romanis omnibus crudelissime denudatis ac divenditis, celeriusque Asia excessisset, quam eo praesidium adduci potuisset, diutius morari aut exspectare praesidium non necesse habui et quam primum ad meum officium revertendum mihi esse existimavi, ut et reliqua vectigalia exigere et quam deposui pecuniam colligerem, quidque ex ea correptum esset aut quorum id culpa accidisset cognoscerem quam primum et vos de omni re facerem certiores. 2. Interim cum per insulas in Asiam naviganti mihi nuntiatum esset classem Dolabellae in Lycia esse Rhodiosque naves complures instructas et paratas in aqua habere, cum iis navibus, quas aut mecum adduxeram aut comparaverat Patiscus proq., homo mihi cum familiaritate tum etiam sensibus in re publica coniunctissimus, Rhodum deverti, confisus auctoritate vestra senatusque consulto, quo hostem Dolabellam iudicaretis, foedere quoque, quod cum iis M. Marcello Ser. Sulpicio *cons.* renovatum erat: quo iuraverant Rhodii eosdem

quaestor pro praetore: cp. Fam. ii. 15, 4 (273); or to a legate who was called *legatus pro praetore*. If the governor died, his powers devolved on the quaestor. In the present case the powers of the murdered Trebonius devolved on Lentulus.

1. s. v. l. v. v. b. e. v.] = *si valetis liberique vestri valent bene est, valeo* or *si vos liberique vestri valetis bene est, valeo*: cp. 885, 1. The omission of *q.* (= *que*) after *L* is strange: hence Lambinus added it.

Scelere] The conduct of Dolabella who entered by force a province held by another governor was a *scelus*; but much more so was his treacherous murder of Dolabella.

v. c.] = *vir clarissimus*.

in vestram potestatem redigerentur] 'should be got into your hands.'

denudatis ac divenditis] 'beggared and dispersed by sale.' We do not know any other passage in which *divendere* is used of persons. Lambinus reads *divexatis*: for the collocation of these two words cp. Pacuvius (200 Ribb.) *Neu reliquias quaesó mias sireis dénudatis óssibus Per terram sanie delíbutas foéde divexárier.*

officium] 'post' § 6.

2. *in aqua habere*] Köhler (p. 41)

thinks that this is a technical expression; but he quotes no closer parallel than Verr. iii. 192, *Coge ut ad aquam tibi . . . frumentum Hennenses admetiantur*.

Patiscus proq.] Patiscus is mentioned before as having sent panthers to Caelius: cp. Fam. viii. 9, 3 (211); cp. ii. 11, 2 (255). Along with Lentulus he joined the conspirators on the evening of the Ides of March when they retired to the Capitol (App. ii. 119). Lentulus, having to act as proprætor after the murder of Trebonius, appointed Patiscus as his assistant proquaestor.

sensibus in re publica] 'political sympathy.' For *sensus* (plural) = 'sympathy': cp. Reid on Sull. 64. For *in* with ablative in this connexion see Fam. i. 8, 2 (119), *difficile sensum in rep. deponere*. Cicero also uses *de*: cp. Att. xv. 7 (739).

deverti] So Wesenberg (E. A. 40) for *reverti* of the mss. Lentulus was returning from Macedonia to Asia, and not to Rhodes.

hostem Dolabellam] This decree was passed about the middle of March: cp. Phil. xi.

M. Marcello Ser. Sulpicio cons.] i.e. 793 (51).

hostes se habituros, quos S. P. Q. R. Quae res nos vehementer fefellit. Tantum enim afit, ut illorum praesidio nostram firmaremus classem, ut etiam a Rhodiis urbe, portu, statione, quae extra urbem est, commeatu, aqua denique prohiberentur nostri milites, nos vix ipsi singulis cum navigioliis reciperemur. †Quam indignitatem deminutionemque maiestatis non solum iuris nostri, sed etiam imperii populi que Romani idcirco tulimus, quod interceptis litteris cognoramus Dolabellam, si desperasset de Syria Aegyptoque, quod necesse erat fieri, in naves cum omnibus suis latronibus atque omni pecunia conscendere esse paratum Italiamque petere, idcirco etiam naves onerarias, quarum minor nulla erat dum milium amphorum, contractas in Lycia a classe eius obsideri. 3. Huius rei timore, patres conscripti, percitus iniurias perpeti et cum contumelia etiam nostra omnia prius experiri malui. Itaque ad illorum voluntatem introductus in urbem et in senatum eorum quam diligentissime potui causam rei publicae egi periculumque omne, quod instaret, si ille latro cum suis omnibus naves conscendisset, exposui. Rhodios autem tanta in pravitate animadverti, ut omnes firmiores putarent quam bonos, ut hanc concordiam et conspirationem omnium ordinum ad defendendam

statione] 'roadstead.'

indignitatem . . . maiestatis] We think that possibly *senatus* (written *s.*) or *vestri* may have dropped out after *imperii*, 'insult and slight to the majesty, not only of my position, but also of the authority of the senate and Roman people.' If this seems too bold, we may, perhaps, with Ernesti, suppose that the order of words has become confused, and read *deminutionemque non solum iuris nostri, sed etiam maiestatis imperii que populi Romani*; or else with Orelli omit *que* after *populi*.

dum milium amphorum] For the construction, cp. Caes. B. G. i. 38, 5. *Spatium quod est non amplius pedum sexcentorum*. An amphora held about 5·7 gallons: a vessel of 2000 amphorae would be equal to one of about 60 tons. In Liv. xxi. 63, 3, we also find the tonnage of a ship expressed in terms of amphorae. The genitive is contracted, as is usual in describing the tonnage of a ship, though sometimes the uncontracted form is used (e.g. Dig. 14, 2, 10, 2). The uncontracted form is always found when the word is used of a fluid measure, according to

Köhler, pp. 15, 16.

contractas] 'collected together in Lycia.' Dolabella appears to have taken them by force from the merchants: cp. § 5.

obsideri] 'were being watched.'

3. *percitus*] a word often used in the Comedies (Plaut. Amph. ii. 2, 95; Cas. iii. 5, 8); also in Liv. vi. 38, 8, quoted by Köhler, p. 38. Dr. Reid and Mr. Clark refuse to read it in Cic. Mil. 63. Dr. Reid says (critical note on that passage) "the word occurs in the old drama and in Sall. Liv., but not in Cicero, Caesar, Nepos, Vergil, Horace, and many other writers. There is an example in Bell. Afr. 46, *ira percitus*: cp. Lucr. 3, 303, *irae fax subdita percit*." *omnia prius experiri*] 'to make every effort to prevent this.'

ad illorum voluntatem] 'in accordance with their wish.'

naves conscendisset] cp. note to 883, 1.

tanta in pravitate] 'were so utterly perverse.' The *in* is curious; Lambinus omits it. Perhaps we should read *tanta improbitate*, yet cp. 883, 3.

libertatem propense non crederent esse factam, ut patientiam senatus et optimi cuiusque manere etiam nunc confiderent nec potuisse audere quemquam Dolabellam hostem iudicare, ut denique omnia, quae improbi fingeant, magis vera existimarent quam quae vere facta erant et a nobis docebantur. 4. Qua mente etiam ante nostrum adventum post Trebonii indignissimam caedem ceteraque tot tamque nefaria facinora binae profectae erant ad Dolabellam legationes eorum, et quidem novo exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus iis, qui tum magistratus gerebant. Haec sive timore,

propense] 'spontaneously,' 'willingly':
cp. Liv. xxxviii. 52, 6.

patientiam] 'apathy.'

quae . . . docebantur] cp. Caesar B. G. v. 42, 2, *haec a nobis cognoverant et, quos habebant captivos, ab iis docebantur*.

4. *binae*] For *binae*, instead of *duae*, Köhler compares Caesar B. G. i. 53, 5, *trinis catenis vinctus*: cp. note to 890, 3.

contra leges ipsorum] These embassies were sent by the Rhodian senate (*βουλή*), who, with the people, appear to have adopted the cause of Dolabella; the senate, perhaps, not very willingly, but being overborne by some violent democrats among their number. One or two of these violent anti-Romans appear to have succeeded in being elected among the prytanes: cp. 888, 3, *et nunc aut magistratum gerunt*. But foreign affairs strictly belonged to the discretion of the prytanes, who were the chief magistrates of the state, and not to the senate; so that the latter had no right to take any measures in that department at all, least of all measures which ran counter to the wishes of the prytanes: cp. Mendelssohn Jahrb. 1891, p. 347, note; Gilbert, ii. 178. These prytanes held office for six months. As the Rhodian year began in October, the prytanes in office in June, when this letter was written, were a different body from those who were in office in February, when the embassies were sent to Dolabella. Both sets of prytanes appear to have ostensibly taken the part of the Roman government against Dolabella, while the senate and people of the Rhodians took the opposite side: but the prytanes who were now in office were suspected of favouring the popular side and of being disloyal to the Romans; the loyalty of the late prytanes was unquestioned.

Haec sive timore] We have added <*provocati*>, after *parte*, as suggested by

Wesenberg. The passage will have a slight anacoluthon, *haec* being left un-governed; but the length and rush of the sentence will excuse that. If such an anacoluthon is thought impossible, even in Lentulus, we can alter to *hic* with Orelli, or *hac* (sc. *mente*) with Lehmann. We may translate the whole passage: 'These things, whether from fear, as they say, for their lands on the continent, or through madness, or through the tolerance of some few politicians, who both in time past had treated with like insult the most illustrious men, and now do the same to those who hold the highest magistracies, without any precedent or provocation coming from our side—these things, I say, they have refused to help in averting (lit. 'in healing'), though they easily could have done so: I mean the danger to which we are exposed and which would have threatened Italy and our city, if that traitor, with his band of ruffians, when expelled from Asia and Syria, had sailed for Italy.' But the passage still awaits final emendation. Lehmann (pp. 117-120) reads *Qua mente etiam . . . prohibentibus iis qui tum magistratus gerebant, hac* (sc. *mente*) *sive timore . . . sive furore, sive patientia paucorum, qui et antea pari contumelia viros clarissimos adfecerant et nunc maximos magistratus gerentes* (accusative, not nominative) *nullo exemplo neque nostra ex parte <neque ipsorum in sua potestate habent> neque nostro praesentium neque, &c.* For the addition of those or similar words, he argues (1) there must be something to correspond to *nostra ex parte*; (2) in this § Lentulus says, *prohibentibus iis qui tum magistratus gerebant*, while in 883, 3, *eos qui sunt in magistratu in sua habent potestate*: cp. § 5 of this letter, *ipsi magistratus veniebant in suspicionem detinuisse nos, &c.* Though this view is far from final, we

ut dictitant, de agris, quos in continenti habent, sive furore sive patientia paucorum, qui et antea pari contumelia viros clarissimos adfecerant et nunc maximos magistratus gerentes nullo exemplo neque nostra ex parte *provocati* neque nostro praesentium neque imminenti Italiae urbiue nostrae periculo, si ille parricida cum suis latronibus navibus ex Asia Syriaque expulsus Italiam petisset, mederi, cum facile possent, voluerunt. 5. Non nullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicionem detinuisse nos et demorati esse, dum classis Dolabellae certior fieret de adventu nostro. Quam suspicionem consecutae res aliquot auxerunt, maxime quod subito ex Lycia Sex. Marius et C. Titius, legati Dolabellae, a classe discesserunt navique longa profugerunt onerariis relictis, in quibus colligendis non minimum temporis laborisque consumpserant. Itaque cum ab Rhodo cum iis, quas habueramus, navibus in Lyciam venissemus, naves onerarias recepimus dominisque restituimus, iidemque, quod maxime verebamur, ne posset Dolabella cum suis latronibus in Italiam venire, timere desiimus; classem fugientem persecuti sumus usque Sidam, quae extrema regio est provinciae meae. 6. Ibi cognovi partem navium Dolabellae diffugisse, reliquas Syriam Cypriumque petisse. Quibus

cannot help thinking that it is less unsatisfactory than the restoration which Mendelssohn approves, viz. *Hic sive . . . potentia paucorum . . . et nunc maximos magistratus gerunt nullo exemplo [neque] ex nostra parte neque . . . voluerunt.*

de agris quos in continenti habent] cp. Strabo xiv. 651, ἡ τῶν Ροδίων περαία. The Rhodian Peraea or Chersonese extended from the Gulf of Glaukos to Mount Phoenix. Its principal towns were Daedala, Kalynda, Kaunos, Physkos, and Phoenix. The Rhodians bought Kaunos for 200 talents either from the generals of Ptolemy Lagus in 309, or from those of Ptolemy Philadelphus in 266: it was especially valuable as a naval station. The government and institutions of the Peraea were virtually the same as those of Rhodes. Probably about the same time as they purchased Kaunos they acquired also the main portion of the Peraea. On such *contributae civitates* cp. Q. Fr. i. 1, 33 (30). For *timor de* cp. Fam. xi. 2, 3 (740); 866, 5, and 2 Verr. i. 23.

patientia paucorum] 'by tolerating a

few politicians,' probably members of the senate who were violent democrats. There does not appear to us adequate reason to alter to *potentia* or *impotentia*. If alteration were required we should suggest *petulantia*, 'bullying.'

viros clarissimos] cp. 883, 3.

5. *detinuisse*] For the infinitive, after *in suspicionem venire*, Köhler compares (p. 34) Verr. iv. 30, Phil. i. 15, Fam. ix. 9 (409).

demorati esse] So M. The nominative with infinitive is a Greek rather than a Latin construction, yet is occasionally found, e.g. 901, 1, *malim . . . ipse . . . commendatus esse*: Verg. Aen. ii. 377, *sensit medios delapsus in hostes*: Catull. iv. 2, *Phaselus ille quem videtis, hospites, ait fruisse navium celerrimus*; and Wilkins on Hor. Epp. i. 7, 22; Roby § 1350. It has *demoratus* with *o* written over the *u*. *dominisque restituimus*] This shows that Dolabella had taken merchant vessels by force from their owners.

Sidam] in Pamphylia: cp. Fam. iii. 6, 1 (213). For *usque* cp. Att. xv. 29, 2 (768).

provinciae meae] sc. Asia.

disiectis, cum scirem C. Cassii, singularis civis et ducis, classem maximam fore praesto in Syria, ad meum officium reverti, daboque operam, ut meum studium et diligentiam vobis, patres conscripti, rei publicae praestem, pecuniamque quam maximam potero et quam celerrime cogam omnibusque rationibus ad vos mittam. Si pereurrero provinciam et cognovero qui nobis et rei publicae fidem praestiterunt in conservanda pecunia a me deposita quique scelere ultro deferentes pecuniam publicam hoc munere societatem facinorum cum Dolabella inierunt, faciam vos certiores. De quibus, si vobis videbitur, si, ut meriti sunt, graviter constitueritis nosque vestra auctoritate firmaveritis, facilius et reliqua exigere vectigalia et exacta servare poterimus. Interea quo commodius vectigalia tueri provinciamque ab iniuria defendere possim, praesidium voluntarium necessariumque comparavi.

DCCCLXXXIII. LENTULUS TO CICERO (FAM. XII. 14).

PERGA ; MAY 29 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

P. Lentulus exponit res a se gestas, Rhodios accusat, procurationem Asiae petit, merita sua in rem publicam commemorat.¹

LENTULUS CICERONI SUO S. P. D.

1. Cum Brutum nostrum convenissem eumque tardius in Asiam venturum animadverterem, in Asiam redii, ut reliquias mei laboris

6. *officium*] 'post': cp. § 1.
studium et diligentiam] H Pal: om. et M, perhaps rightly, as such asyndeta are common in the letters: cp. Lehmann, p. 25.

omnibusque rationibus] 'and in every way I can I will send it to you'—a slightly inaccurate expression for 'I will get money every way I can and send it to you.' For *omnibus rationibus*, 'in every way,' cp. Fam. viii. 11, 1 (267). Köhler says that it means, 'with full accounts,' and that it is a bookkeeping expression. If so, we must surely read *omnibus cum rationibus*, with some inferior mss.

quique scelere . . . inierunt] 'and who were villains enough actually to hand over the public money to him, and by this gift

made themselves partners with Dolabella in his crimes.' The sentence would be improved by reading *scelerate* with Lambinus, as the ablative can hardly be defended by the analogy of *vicio, fraude*, unless *suo* is added. It is not necessary to alter to *praestiterint* . . . *inierint*: for the indicative, in indirect questions, is not unknown in old Latin: cp. Plaut. Most. v. 2, 50, *viden ut astat fureifer*, iii. 2, 145, *speeta quam arte dormiunt*: even in Att. xiii. 18 (630) *vides propinquitas quid habet* is what M and the vetus codex of Lambinus have, though it is unlikely that Cicero used the old construction: cp. Schmalz, Syntax, § 214, who quotes these examples.

praesidium] 'a guard of volunteers which was absolutely necessary.'

colligerem et pecuniam quam primum Romam mitterem. Interim cognovi in Lycia esse classem Dolabellae ampliusque centum naves onerarias, in quas exercitus eius imponi posset, idque Dolabellam ea mente comparasse, ut, si Syriae spes eum frustrata esset, conscenderet in naves et Italiam peteret seque cum Antoniis et reliquis latronibus coniungeret. Cuius rei tanto in timore fui, ut omnibus rebus relictis cum paucioribus et minoribus navibus ad illas ire conatus sim. 2. Quae res, si a Rhodiis non essem interpellatus, fortasse tota sublata esset: tamen magna ex parte profligata est, quoniam quidem classis dissipata est adventus nostri timore, milites ducesque effugerunt, onerariae omnes ad unam a nobis sunt exceptae. Certe, quod maxime timui, videor esse consecutus, ut non possit Dolabella in Italiam pervenire nec suis sociis firmatis durius vobis efficere negotium. 3. Rhodii nos et rem publicam quam valde desperaverint ex litteris, quas publice misi, cognosces. Et quidem multo parcius scripsi, quam re vera furere eos inveni: quod vero aliquid de iis scripsi, mirari noli: mira est eorum amentia. Nec moverunt me meae ullae privatim iniuriae umquam: malus animus

This is a private letter to Cicero, but of much the same tenor as 882.

1. *ut . . . colligerem*] 'to finish what remained of my tax-collecting business.' For *reliquias*, cp. Fam. xiii. 66, 2 (506), *oro ut cum in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuves*.

in quas . . . posset] 'for his army to be embarked in.'

idque] The neuter though referring to *classis* and *navis*, cp. Dräger i. § 112 and Caes. B. G. i. 44, 5.

spes eum frustrata esset] cp. Ter. Andr. ii. 3, 37; Adolph. iv. 4, 13; Sall. Jug. 101, 3. It is a stronger expression than *spes me fallit* and, perhaps, a little less polished. It is not found in the orations of Cicero, nor in Caesar nor Nepos. *Frustror* can be used both as a deponent and passive verb: cp. Köhler, p. 39.

conscenderet in naves] cp. 882, 2, but *naves conscendisset* 882, 3. Köhler (p. 25) says that if *naves* precedes *conscendere* immediately, or is separated only by a kindred word, the preposition is usually omitted: otherwise the preposition is used.

latronibus] 'rebels.'

2. *interpellatus*] 'obstructed,' 'hindered': cp. 854, 1.

nec . . . efficere negotium] 'nor by strengthening his allies cause you a more serious trouble.' For *durius*, cp. 861, 2, *ut si durius aliquid esset succurrere celeriter possem*.

3. *Rhodii . . . cognosces*] 'From the official letter I am sending, you will understand in what a marked way the Rhodians have shown that they consider that we and the state have no chance.'

Et quidem . . . amentia] The words from *quam re vera . . . scripsi* are not found in M; but as they appear in H Pal, make excellent sense, and might easily have fallen out, *ex homocoteleuto*, they have been unhesitatingly adopted by recent edd.

moverunt] Wesenberg adds this word from an old correction: it appears in the margin of M by a second hand. Possibly, however, the corruption lies in *umquam*; and we should omit *me* and read *tam* (sc. *ferendae mihi non sunt*), *quam malus animus*: cp. for this use of *tam quam* Plaut. Mil. iv. 7, 26; *tam quam hoc uterer = tam (illo oculo uterer) quam hoc uterer*.

ullae privatim iniuriae] For adverbs used adjectively, cp. Roby § 1020, 6; Dräger, § 79.

eorum in nostra salute, cupiditas partium aliarum, perseverantia in contemptione optimi cuiusque ferenda mihi non fuit. Nec tamen omnes perditos esse puto, sed iidem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompeium, qui ceteros viros clarissimos non receperunt, iidem tamquam aliquo fato et nunc aut magistratum gerunt aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. Itaque eadem superbia in pravitate utuntur. Quorum improbitatem aliquando retundi et non pati impunitate augeri non solum utile est rei publicae nostrae, sed etiam necessarium. 4. De nostra dignitate velim tibi ut semper curae sit et, quocumque tempore occasionem habueris, et in senatu et ceteris rebus laudi nostrae suffragere. Quoniam consulibus decreta est Asia et permissum est iis, ut, dum ipsi venirent, darent negotium, qui Asiam obtineant, rogo te, petas ab iis, ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant et mihi dent negotium, ut Asiam obtineam, dum ipsorum alter uter venit. Nam quod hoc properent in magistratu venire aut exercitum mittere causam non habent. Dolabella enim in Syria est, et, ut tu divina tua mente prospexisti et praedicasti, dum isti veniunt, Cassius eum opprimet. Exclusus enim ab Antiochea Dolabella et in oppugando male acceptus, nulla alia confisus urbe Laodiceam, quae est in Syria ad mare, se contulit. Ibi spero celeriter eum poenas daturum: nam neque quo refugiat habet neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii

in nostra salute] 'in a case where our lives were at stake.' Ernesti and Wesenberg wish to read *in nostram salutem*, which is no doubt the usual construction, 810, 1. 826, 1; Fam. i. 9, 10 (153); Planc. 2.

fugientem] sc. from Pharsalia.

in pravitate] 'in the badness of their nature': cp. 882, 3.

retundi] 'repressed': cp. Fam. viii. 6, 1 (242); 807, 3; also *contundere audaciam*, Phil. xiii. 29.

4. *velim . . . ut*] It would be equally allowable to omit *ut*: cp. § 5. The omission is the more usual.

laudi nostrae suffragere] 'further my distinction by your support.'

ut . . . obtineant] 'to appoint some officers to hold Asia until they come themselves.' Cobet reads *obtineat* needlessly; Lentulus is speaking generally. For the consecution of tenses, a present being used where one would expect a past,

cp. § 1, *conatus sim*; § 5, *succedatur*: 882, 6 *possim*, passages which show that Lepidus affected this vivid usage. Köhler compares Plaut. Pseud. iii. 2, 6, *Orcus recipere ad se hunc noluit ut esset hic qui mortuis cenam coquat*.

venit] So the MSS which Köhler defends (p. 31), as *venit* here can be regarded as outside the subjunctive portion of the sentence, which is not the case with *venirent* above.

hoc] = *huc*, cp. Neue. ii³. 613. The form is found in Caelius ap. Fam. viii. 6, 4 (242), Plancus (861, 5, 6), D. Brutus (854, 3), and Balbus ap. Att. viii. 15 A 1 (346), but not in Cicero.

male acceptus] 'having been roughly handled': cp. 869, 2, *peissime acceptas (copiolae)*.

Köhler notices (p. 39) that Lentulus uses the more dignified expression *cum magno suo detrimento* in his despatch to the senate (§ 7).

sustinere. Spero etiam confectum esse iam et oppressum Dolabellam. 5. Qua re non puto Pansam et Hirtium in consulatu properaturos in provincias exire, sed Romae acturos consulatum. Itaque, si ab iis petieris, ut interea nobis procurationem Asiae dent, spero te posse impetrare. Praeterea mihi promiserunt Pansa et Hirtius coram et absenti mihi scripserunt Verrioque nostro Pansa adfirmavit se daturum operam, ne in suo consulatu mihi succedatur. Ego porro non me dius fidius cupiditate provinciae produci longius spatium mihi volo: nam mihi fuit ista provincia plena laboris, periculi, detrimenti: quae ego ne frustra subierim nive prius, quam reliquias meae diligentiae consequar, decedere cogar, valde laboro. Nam si potuissem quam exegeram pecuniam universam mittere, postularem, ut mihi succederetur: nunc, quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amisimus, quod etiam crudelitate Dolabellae aut perfidia eorum, qui fidem mihi rei publicae non praestiterunt, id consequi et reficere volo: quod aliter non potest fieri, nisi spatium habuero. Id ut per te consequar, velim, ut solet, tibi curae sit. 6. Ego me de re publica puto esse meritum, ut non provinciae istius beneficium exspectare debeam, sed tantum, quantum Cassius et Bruti, non solum illius facti periculique societate, sed etiam huius temporis studio et virtute. Primus enim ego leges Antonias fregi, primus equitatum Dolabellae ad rem

Dolabellam] Lamb. brackets *Dolabellam*, but Köhler (p. 13) thinks it should be retained as *Lentulus* is given to harping on the same word, especially when he wishes to make that word, as he does here, the dominant word in the sentence.

5. *spero te posse impetrare*] 'I hope that you have the power to gain your request,' not 'that you will be able.'

Verrioque] Possibly the *Verrinus* mentioned in *Fam.* ix. 20, 2 (475) as a man, *qua munditia! qua elegantia*: cp. ix. 26, 1 (479).

nive] So M. For this form, instead of *nevè*, cp. *Neue* ii³. 969.

quam . . . consequar] 'before I finish what remains of my revenue work.'

id consequi et reficere] 'to obtain and get in.' For this sense of *reficere* cp. *Parad.* 45.

nisi] *Ernesti* and *Köhler* (p. 36) read *nisi* <*si*>. No doubt *nisi* is rare after *aliter*, but it is found in *Sallust*, *Hist.* i.

41, 17, *non aliter salvi eritis nisi . . . prodegerint*: cp. also § 24 of that chapter, and *Liv.* xxxii. 38, 3, quoted by *Schmalz*, *Antib.* i. 539.

6. *Ego . . . virtute*] 'I think that I have deserved sufficiently well of the republic to justify my expecting not merely the grant of this province as a favour, but the grant of as much as *Cassius* and the two *Bruti* have obtained [i.e. provinces, armies, and honours], as well on account of my share in that dangerous deed of daring as of the spirit and valour which I have shown at this time.' For the part *Lentulus* took on the occasion of *Caesar's* assassination cp. *Introd.* After *Cassius et Bruti* we must understand something like *adepti sunt* taken out of *exspectare*.

Primus . . . fregi] We do not know to what *Lentulus* is alluding; perhaps he treated as null several of the immunities which *Antony* sold to states and individuals in *Asia*: cp. *Dio. Cass.* xlv. 53, 3.

publicam traduxi Cassioque tradidi, primus dilectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam, solus Cassio et rei publicae Syriam exercitusque, qui ibi erant, coniunxi. Nam nisi ego tantam pecuniam tantaque praesidia et tam celeriter Cassio dedissem, ne ausus quidem esset ire in Syriam et nunc non minora pericula rei publicae a Dolabella instarent quam ab Antonio. 7. Atque haec omnia is feci, qui sodalis et familiarissimus Dolabellae eram, coniunctissimus sanguine Antonii, provinciam quoque illorum beneficio habebam sed πατριδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν omnibus meis bellum primus indixi. Haec etsi adhuc non magno opere mihi tulisse fructum animadverto, tamen non despero nec defetigabor permanere non solum in studio libertatis, sed etiam in labore et periculis. At tamen, si etiam aliqua gloria iusta et merita provocabimur senatus et optimi cuiusque officiis, maiore cum auctoritate apud ceteros erimus et eo plus prodesse rei publicae poterimus. 8. Filium tuum, ad Brutum cum veni, videre non potui, ideo quod iam in hiberna cum equitibus erat profectus, sed me dius fidius ea esse eum opinione et tua et ipsius et in primis mea causa gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus teque dignus est. Vale. D. iv. Kal. Iun., Pergae.

We fancy, from the comparative silence of historians as regards Lentulus, that he estimated his services rather too highly.

7. *is feci . . . qui eram . . . habebam*] For this rare use of the indicative in a concessive relative sentence cp. Fam. vii. 25. 2. *Espe. qui me ostreis et muranis facile abstinebam, a beta et a malis deceptus sum.*

[*Marcus*] The three Antonii, Marcus, Gaius, Lucius.

πατριδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν] The full line is given in Plutarch, Precept. rei p. gerend. c. 14, p. 808 D. οὐκ ἔκον' ἰσθῆ πατριδ' ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν: cp. Lycurg. Leocrat. § 101, from which passage Nauck, p. 918, infers that the quotation comes from the *Erechtheids* of Euripides.

non solum . . . periculis] 'to remain not only earnest for freedom but facing toil and danger in its defence.'

[*At tamen*] The mss give *At tamen*, which gives a satisfactory sense, 'but, be

that as it may [i.e. though I will work loyally for the state, even though I get no reward], if we are stimulated by some just and well deserved distinction kindly granted by the senate and people, we shall have greater influence with the rest.' Wesenberg alters to *At tamen*.

8. *hiberna*] The meeting of Brutus and Lentulus took place apparently about the middle or latter end of March. Young Cicero probably went to the winter quarters in order to join the forces assembled there for the summer campaign: cp. Att. ix. 19, 1 377. Streng (p. 53) thinks the winter quarters were in Ambracia.

ea esse eum opinione] 'that he has acquired so high a reputation as this,' viz. to be placed in command of a division of horse. For *opinio* cp. Caes. B. G. vi. 24, 3. *summississime habet iustitiae et bellivae iudicis opinionem.*

[*iv. Kal. Iun. Pergae*] cp. 891, note.

DCCCLXXXIV. CICERO TO PLANCUS (FAM. X. 20).

ROME; MAY 29; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero L. Plancum interrogat, utrum Lepidus rem publicam sequatur an M. Antonium, hortaturque, ut bellum conficiat.

CICERO PLANCO.

ut . . . habent] So II, except that it has the symbol for *et* above the line after *spatium*: see Adm. Crit. for M Pal. The construction is defended by Schmalz, ap. Reisig, iii. note 596 a. He compares, after Krause, Varro L. L. ix. 42, *ad discernendum vocis figuras*. If we compare 890, 5, *spatium confirmandi sese*, and recollect that *ad*, instead of the genitive, is a feature of the language of ordinary life, we shall not refuse to admit this rare construction in Plancus, however much we should object to it in Cicero: cp. Madvig, Opusc. Acad. i². 308 ff. Wesenberg alters to *spatium colligendi se*, a reading which is grammatically, but not critically, satisfactory.

collega] D. Brutus: cp. note to 905, 1. *triduo eum . . . exspectabam*] 'I am expecting three days after the date of this letter': lit. 'on the date of this letter, I expect in three days.'

4. *Laterensis*] cp. note to 801, 3; Velleius speaks of him as *vir vita ac morte consentaneus*.

in rem publicam semper fatebor. Sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum ad haec pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem cum in fraudem se deductum videret, manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi adferre conatus est; in quo casu tamen interpellatus et adhuc vivit et dicitur victurus: sed tamen de hoc parum mihi certum est.

5. Magno cum dolore parricidarum elapsus sum iis: veniebant enim eodem furore in me, quo in patriam, incitati. Iraeundias autem harum rerum recentes habebant, quod Lepidum castigare non destiteram, ut exstingeret bellum, quod colloquia facta improbabam, quod legatos fide Lepidi missos ad me in conspectum venire vetueram, quod C. Catium Vestinum, tribunum mil., missum ab Antonio ad eum cum litteris exceperam numeroque hostis habueram. In quo haec capio voluptatem, quod certe, quo magis me petiverunt, tanto maiorem iis frustratio dolorem attulit.

6. Tu, mi Cicero, quod adhuc fecisti, idem praesta, ut vigilanter nerveoseque nos, qui stamus in acie, subornes. Veniat Caesar cum copiis, quas habet firmissimas, aut, si ipsum aliqua res impedit, exercitus mittatur: cuius ipsius magnum periculum agitur. Quidquid aliquando futurum fuit in castris perditorum contra patriam, hoc

in rem publicam] The mss give *in re p.*, perhaps rightly. Rhodius (p. 13) compares Lentulus, 883, 2, *malus animus eorum in nostra salute*; and such usages as Fam. i. 8, 2 (119), *sensus in re p.*: cp. i. 9, 10 (153), and 882, 2.

in fraudem se deductum] 'that he was entrapped.'

victurus] He did not survive. As a reward for his patriotism, the senate voted him a public funeral, and a statue to be erected in his honour (Dio Cass. xlvi. 51, 4).

5. *Iraeundias*] For the plural cp. Q. Fr. i. 1, 39 (30).

harum] Notice that this objective genitive refers to the considerations which follow his censure of Lepidus, &c.

castigare] 'because I did not cease to censure Lepidus, urging him to put an end to the war.'

colloquia] 'intercourse which had been set on foot' (between the soldiers of Antony and those of Lepidus).

legatos fide Lepidi missos] 'ambassadors of Antony sent under a safe conduct by Lepidus.' For *fides publica* cp. Sall.

Jug. 35, 7.

C. Catium] He would appear to have got a kind of recommendation from Lepidus; accordingly Planens treated him an enemy, and put him in prison. *Numeroque hostis habueram* is omitted by M. See Adn. Crit.

exceperam] 'intercepted': cp. Att. vii. 22, 1 (320). Mendelssohn suggests *exegeram*, 'drove out of the camp.'

frustratio] 'disappointment.'

6. *ut . . . subornes*] 'and with vigour and energy send supplies to us, who stand in the brunt of battle.' Cicero does not use *subornare* in this sense; it is found in a letter of Antony's, criticised in Phil. xiii. 32, *Apuleiana pecunia Brutum subornastis*.

nerveose] cp. Off. iii. 106, where it is opposed to *remisso*, 'with laxity.'

copiis] The Legio Martia and the Fourth had remained with Octavian.

cuius . . . agitur] This is parenthetical ('personally he runs considerable risk,' see from the plots of Antony).

Quidquid . . . convenit] 'All the desperadoes who were likely at any time to

omne iam convenit. Pro urbis vero salute cur non omnibus facultatibus, quas habemus, utamur? Quod si vos istic non defueritis, profecto, quod ad me attinet, omnibus rebus abunde rei publicae satis faciam. 7. Te quidem, mi Cicero, in dies meliores habeo cariorem sollicitudinesque meas cotidie magis tua merita exacuunt, ne quid aut ex amore aut ex iudicio tuo perdam. Opto ut mihi liceat iam praesenti pietate meorum officiorum tua beneficia tibi facere iucundiora. VIII. Idus Iun. Cularone, ex finibus Allobrogum.

DCCCXCVI. ASINIUS POLLIO TO CICERO (FAM. X. 32).

CORDUBA ; JUNE 8 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

C. Asinius Pollio de Balbi quaestoris sui flagitiis et de suo in rem publicam studio exponit.

C. ASINIUS POLLIO CICERONI.

1. Balbus quaestor magna numerata pecunia, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio

take the field against our country have met here,' i.e. in the camp of Antony and Lepidus (Watson). The fut. part. with *fui* signifies that something was likely to be or was contemplated at a past time, *Madv.* 342 a.

7. *Opto . . . iucundiora*] 'my prayer is that I may be soon allowed in person to increase, by the devotion of my services, the pleasure you feel in the kindnesses you have shown me.'

Cularone] The modern Grenoble: so Hirschfeld in *C. I. L.* xii. p. 273. Mr. Watson considers that the Gallie town of Cularo stood on the *right* bank of the Isara, cp. § 3, occupying the site of the modern St. Laurent, a suburb of Grenoble, which stands on the *left* bank. It would be quite natural, however, that Plancus, even though encamped across the river, should date his letter from the large town in the immediate vicinity.

1. *Balbus quaestor*] This Balbus was nephew of the Balbus defended by Cicero. He received the citizenship at the same

time as his uncle (*Plin.* II. N. v. 36). He was employed as an intermediary between Caesar and the consul Lentulus in 705 (49): cp. *Att.* viii. 9, 4 (340); 15, 3 (346); ix. 6, 1 (360). Just before the Battle of Pharsalia, with incredible rashness (*excedente humanam fidem temeritate*, *Vell.* ii. 51, 3), he went from the camp of Caesar to that of Pompey, and debated with the proconsul Lentulus concerning the price for which the latter would be willing to play the traitor, and desert to Caesar. It would appear that Balbus had a drama composed on his adventures during this diplomatic mission (§ 3). *Toujours l'audace* seems to have been the motto of Balbus, and he obtained thereby no insignificant reward, inasmuch as he was consul suffectus in 722 (32), and triumphed over Africa in 735 (19): cp. *Vell.* l. c. and Willems, *Le Sénat*, i. 608. *numerata pecunia*] 'ready money,' as often in Plautus.

pondere] i.e. uncoined metal, 'bullion.'

exactionibus] 'revenues,' 'taxes.'

quidem militibus reddito duxit se a Gadibus et triduum tempestate retentus ad Calpem Kal. Iuniis traiecit sese in regnum Bogudis, plane bene peculiatu. His rumoribus utrum Gades referatur an Romam—ad singulos enim nuntios turpissime consilia mutat—nondum scio. 2. Sed praeter furta et rapinas et virgis caesos socios haec quoque fecit,—ut ipse gloriari solet, eadem quae C. Caesar—: ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem, summo ludorum die anulo aureo donatum, in xiv. sessum deduxit:—tot enim fecerat ordines equestris loci,—: quattuorviratum sibi prorogavit: comitia biennii biduo habuit, hoc

duxit se a Gadibus] Cicero would probably have said *se subduxit de*: cp. Q. Fr. iii. 4, 1 (152). The preposition with names of towns is not infrequent from the time of the early Empire; it occurs again in Pollio, 890, 3.

Calpem] Gibraltar. We need not read *Calpen*. The nominative is *Calpes* in Mela, ii. 95, and Κάλπις in Philostratus (Apoll. v. 1): cp. *Calpe relieta*, Juv. xiv. 278, where see the quotations from Priscian and Bentley cited by Mayor.

traiecit sese in regnum] cp. D. Brutus, 847, 2; 869, 4; Caesar, B. C. iii. 112, 9. Cicero does not use the phrase.

Bogudis] Bogudes, or Bogus, King of Mauretania, was a partisan of Caesar's.

plane bene peculiatu] 'certainly with a pretty penny in his pocket': cp. Plaut. Pers. ii. 2, 10, *atque ob istanc rem ego aliquid te peculiatu*, 'I'll put a penny in your pocket,' 'I'll give you a tip.'

His rumoribus] 'according to reports up to the present,' abl. of cause.

2. *ludis*] cp. § 3. For the abl. cp. Att. ii. 19, 3 (46), *gladiatoribus*, 'at the gladiatorial shows'; Planc. 66, *has orationes ego scripsi ludis et feriis*.

summo ludorum die] 'on the last day of the games': cp. Plaut. Pers. i. 1, 25; Asin. iii. 1, 31; Cael. Fam. viii. 12, 3 (279). Cicero says, Fam. vii. 1, 3 (127), *extremus elephantorum dies fuit*.

anulo aureo donatum] i.e. made him a knight, which was done by giving him a gold ring: cp. Dict. Antiq. i². 132, s. v. **JUS ANULI AUREI**.

in xiv. sessum deduxit] 'brought him to a seat in the equestrian rows.' After xiv. understand *ordinibus*. Cicero adds *ordinibus*, Att. xv. 3, 2 (733); Phil. ii. 44; but other writers omit it. Schmalz (Pollio, p. 32) quotes Petron. 126, 7,

usque ab orchestra quattuordecim transilit et in extrema plebe quaerit quod diligit; Senec. Epp. 44, 2, *at mehercules multis quattuordecim sunt clausi*. *Sessum* is the supine: cp. Plaut. Poen. Prol. 19, 20, *Neu designator praeter os obambulet Neu sessum ducat dum histrio in scena siet*. It is noticeable that the influence of the '*vanus Otho qui nos distinguit*' (Juv. iii. 159) had spread to the ends of the earth, and that there were separate divisions for the different ranks of society, even at the shows in Gades.

Quattuorviratum] cp. note to Att. ii. 6, 1 (33). Gades, as being a *municipium*, had *quattuorviri* as its chief magistrates (Marquardt i. 152). This prolongation of his office by Balbus was in imitation of Caesar. Caesar may be said to have prolonged his own second dictatorship for over a year, though strictly the dictatorship was granted to him for an indefinite period: cp. C. I. L. i. 451–453. The constant practice of holding the consulship or praetorship for several years in succession (as was done by Marius, Cinna, Carbo, Lepidus, Caesar) was a revolutionary feature of the last century of the republic, and virtually marked the end of the free state and introduction of the monarchy. Formally, indeed, these were repetitions, rather than prorogations of the magistracies; but none the less they were essentially violations of a cardinal feature of the free state, that the principal magistracies should be annual. It is no wonder then that this 'Gaditanian municipal-Caesar' should imitate his model in the most vital feature of his policy: cp. Mommsen, St. R. i². 615, note 1.

comitia biennii] Balbus held the elections, and appointed the magistrates for the two following years, as Caesar had

est renuntiavit, quos ei visum est: exsules reduxit, non horum temporum, sed illorum, quibus a seditiosis senatus trucidatus aut expulsus est, Sex. Varo proconsule. 3. Illa vero iam ne Caesaris quidem exemplo: quod ludis praetextam de suo itinere ad L. Lentulum procos. sollicitandum posuit, et quidem, cum ageretur, flevit memoria rerum gestarum commotus; gladiatoribus autem Fadium quemdam, militem Pompeianum, quia, cum depressus in ludum bis gratis depugnasset, auctorare sese nolebat et ad populum confugerat, primum Gallos equites immisit in populum—coniecti enim lapides sunt in eum, cum abriperetur Fadius,—deinde abstractum defodit in ludo et vivum combussit, cum quidem pransus, nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis, inambularet et illi misero quiritanti: C. R. NATUS SUM, responde-

appointed the magistrates for three years in advance just before his assassination.

exsules reduxit] Caesar too had recalled all those condemned to exile by the laws of Pompey, except Milo: cp. Caes. B. C. iii. 1, 4.

senatus] Strictly the senators in a municipal town were called *decuriones*.

Sex. Varo proconsule] Probably Sextus Quintilius Varus, praetor in 697 (57), and a supporter of Cicero (Post red. in Sen. 23). He was proconsul of Further Spain in the following year.

3. *Illā vero*] In this section we have adopted the punctuation of Wesenberg.

praetextam] The *fabula praetexta*, or *praetextata*, was a drama, the subject of which was taken from Roman history. For the form *praetexta*, cp. Hor. A. P. 288, *vel qui praetextus vel qui docuere togatas*. According to the analogy of *pulliata* and *togata*, the form ought to be *praetextata*, and such is the regular form in the grammarians: see Wilkins on Hor. l. c. For *fabulae praetextatae* generally cp. Teuffel, § 14.

ad L. Lentulum] cp. § 1.

eum . . . ludum] 'when compelled to join the gladiator's school he had twice fought, and killed his adversary'; such appears to be the force of *de-*.

auctorare] 'to bind himself over to be a gladiator': cp. Hor. Sat. ii. 7, 58, *Quid refert uri virgis ferroque necari Auctoratus cas.* Freemen who engaged themselves as gladiators (*se auctorabant*) were sworn to obedience, Petron. 117, *in verba Etnolpi sacramentum iuravimus uri, vinciri, ver-*

berari, ferroque necari et quidquid aliud Eumolpus iussisset: tamquam legitimi gladiatores domino corpora animasque religiosissime addicimus, quoted by Mayor on Juv. xi. 8 (*regia verba lanistae*). For the reading see Adn. Crit.

primum . . . Fadius] Note how during this clause Pollio forgets the pendent accusative, *Fadium quemdam*, but afterwards takes it up again.

deinde . . . combussit] 'then, after having carried him away, he buried him in the gladiatorial school, and burned him alive.' This was a Carthaginian punishment: cp. Gell. iii. 14, 19, *M. Cato de Carthaginensibus ita scripsit 'Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumposuerunt. Ita interfecerunt.'* Senec. De Ira, iii. 3, 6, *circumdati defossis corporibus ignes.*

nudis pedibus] i.e. without his *calcei* on, in undress.

manibus ad tergum reiectis] Hor. Od. iii. 5, 21, uses the dat. *retorta tergo braccia libera*.

quiritanti] A strengthened and frequentative form from the same root as *queri* (Vaniček 180, Fick i. 555). From it is derived the Eng. *cry*, Ital. *gridare*. It was probably a word belonging to the language of ordinary life. The assertion of Varro, L. L. v. 7, *quiritatio dicitur is qui Quiritium fidem clamans implorat*, is now exploded. Some scholars (e.g. Baizer and Kleyn) think that *C. R. natus sum* (= *Civis Romanus natus sum*), is a gloss suggested by the Varronian derivation; but the answer of Balbus shows

ret: 'Abi nunc, populum fidem implora.' Bestiis vero cives Romanos, in iis circulatorum quemdam auctionum, notissimum hominem Hispali, quia deformis erat, obicit. Cum huiusmodi portento res mihi fuit. Sed de illo plura coram. 4. Nunc, quod praestat, quid me velitis facere constituite. Tres legiones firmas habeo, quarum unam, duodetricesimam, cum ad se initio belli accessisset Antonius hac pollicitatione, quo die in castra venisset, denarios quingenos singulis militibus daturum, in victoria vero eadem praemia, quae suis legionibus—quorum quis ullam finem aut modum futurum putabit?—incitatissimam retinui, aegre meherecules: nec retinuissem, si uno loco habuissem, utpote cum singulae quaedam cohortes seditionem fecerint. Reliquas quoque legiones non destitit litteris atque infinitis pollicitationibus incitare. Nec vero minus Lepidus ursit me et suis et Antonii litteris, ut legionem tricensesimam mitterem sibi. 5. Itaque quem exercitum neque vendere ullis praemiis volui nec eorum periculorum metu, quae victoribus illis portendebantur, deminuere, debetis existimare retentum et conservatum rei publicae esse, atque ita credere, quodcumque imperassetis, facturum fuisse, si quod iussistis feci. Nam et provinciam in otio et exercitum in mea potestate

that the words are required. A Roman citizen could not be legally condemned to death, except by the judgment of the people.

circulatorem quemdam auctionum] 'an itinerant pedlar, who attended auctions, a well-known character at Seville': cp. *circumforaneus pharmacopola* in Cluent. 40.

4. *Nunc quod praestat*] 'Now for something more important.' C. F. W. Müller reads *quod restat*, perhaps rightly.

pollicitatione] That Cicero avoided this word Schmalz (p. 35) infers from Fam. iv. 13, 1 (483), *id quoque deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxilii alicuius aut consolatio doloris tui. Quod pollicerer non erat.*

denarios quingenos] about £17.

daturum] For the omission of the subject cp. § 5 below; Fam. xvi. 5, 1 (289), *is omnia pollicitus est quae tibi opus essent: facturum puto*, cp. v. 1, 1 (14); viii. 3, 1 (197).

in victoria] 'when the victory is won': cp. Fam. iv. 9, 2 (487), *Caesarem magis communem censens in victoria futurum fuisse quam incertis in rebus fuisset?* xi. 28,

2 (785); 914, 8; Publilius Syrus (Ribb. 64), *Bis vincit qui se vincit in victoria.*

incitatissimam] 'though greatly excited.'

si uno loco habuissem] cp. 895, 1, 'and I should not have been able to hold them in check, if I had had them united together in one place, seeing that some individual cohorts became mutinous.'

seditionem fecerint] cp. Plaut. Merc. i. 1, 14, *Perii, seditionem facit lien, occupat praecordia*. Cicero would use the passive *seditione facta*, but not the active (Schmalz, p. 47).

incitare] 'to work upon them,' 'to stir them up.'

ursit] For this form of the perf. cp. Q. Fr. iii. 9, 1 (160); Lucr. ii. 197.

legionem tricensesimam] cp. 824, 5.

5. *retentum . . . rei p.*] 'maintained safe for the state.'

atque . . . feci] 'and you ought to believe that I should have done whatever you commanded, seeing that I have done what you have ordered.' For *si* Gronovius reads *sicut*, which slightly simplifies the sentence, but is not necessary.

tenui: finibus meae provinciae nusquam excessi: militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum quoquam misi, et, si quos equites decedentes nactus sum, supplicio adfecit. Quarum rerum fructum satis magnum re publica salva tulisse me putabo. Sed, res publica si me satis novisset et maior pars senatus, maiores ex me fructus tulisset. Epistolam, quam Balbo, cum etiam nunc in provincia esset, scripsi, legendam tibi misi: etiam praetextam, si voles legere, Gallum Cornelium, familiarem meum, poscito. VI. Idus Iunias, Corduba.

DCCCXCVII. CICERO TO BRUTUS (BRUT. I. 10).

ROME; EARLY IN JUNE; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

Cicero de bello Mutinensi, de Octaviano omnique de re p. exponit, Brutumque urget ut ex senatus auctoritate celeriter eum exercitu in Italiam veniat, Cassiumque ut idem faciat hortetur.

CICERO BRUTO SAL.

1. Nullas adhuc a te litteras habebamus, ne famam quidem, quae declararet te cognita senatus auctoritate in Italiam adducere

auxiliarium] For this form, instead of *auxiliarem*, cp. Bibulus, Fam. ii. 17, 7 (272); Cassius, xii. 13, 4 (901); Cicero, Prov. Cons. 15.

decedentes] 'trying to desert.' This is the only passage in which *decedere* is found in the sense of deserting (Schmalz, p. 41).

re p. salva] 'if the state is preserved.'

Sed . . . tulisset] Pollio grumbles more than once because the home government did not take more notice of him: cp. 824, 4, 6; 890, 1.

Gallum Cornelium] The celebrated poet, friend of Vergil and Ovid: cp. 824, 6.

This letter appears to have been written before the news of the union of Lepidus and Antony had become known, that is before June 9th. In 909 Cicero first mentions to Brutus that act of treachery. Again, what Cicero says about the vacil-

lation of Lepidus (§ 2) was probably caused by the receipt of 861 from Plan-
cus, which was written May 13, and arrived in Rome towards the end of the month. These considerations lead us to place this letter in the early days of June.

1. *senatus auctoritate*] During the latter half of May it must have become very plain to the Optimates that the war in North Italy was far from finished; and they, accordingly, turned their eyes to Brutus, and passed an *auctoritas*, urging him to return. It is true that this *auctoritas* is not mentioned elsewhere; but there is every likelihood that it was passed, and it may readily have been forgotten, as Brutus did not obey it. Besides, it is quite certain that there was talk in political circles about this time as to the advisability of directing Brutus to return: cp. 886, 2, *de Bruto arcessendo* . . . *valde tibi adsentior*; D. Brutus, 892, *Deliberent Brutum arcessant necne*.

exercitum, quod ut faceres idque maturares, magno opere desiderabat res publica, ingravescit enim in dies intestinum malum nec externis hostibus magis quam domesticis laboramus, qui erant omnino ab initio belli, sed facilius frangebantur: erectior senatus erat non sententiis solum nostris, sed etiam cohortationibus excitatus; erat in senatu satis vehemens et acer Pansa cum in ceteros huius generis, tum maxime in socerum, cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum deficit. 2. Bellum ad Mutinam ita gerebatur, nihil ut in Caesare reprehenderes, nonnulla in Hirtio; huius belli fortuna,

ut in secundis, fluxa, ut in adversis, bona:

erat victrix res publica caesis Antonii copiis, ipso expulso; Bruti deinde ita multa peccata, ut quodam modo victoria excideret e manibus: perterritos, inermes, saucios non sunt nostri duces persecuti datumque Lepido tempus est, in quo levitatem eius saepe perspectam maioribus in malis experiremur. Sunt exercitus boni, sed rudes Bruti et Planci, sunt fidelissima et maxima auxilia Gallorum. 3. Sed Caesarem meis consiliis adhuc gubernatum, praeclara ipsum indole admirabilique constantia improbissimis

ut faceres . . . desiderabat] It is a mere accident that this construction is found only once elsewhere in Cicero (Off. ii. 39); for *opto ut* is common.

externis . . . laboramus] The metaphor in *ingravescit intestinum malum* is kept up, and *hostibus* is used as if *hostes* were the disease.

erectior] 'took a firmer stand.'

socerum] Calenus: cp. Phil. viii. 19.

cui consuli] Cicero inserts the word *consuli*, as otherwise *cui* would be referred to *socerum*. On Cicero's opinion of the consuls cp. 836, 1.

2. *nonnulla in Hirtio*] Cicero is referring to the whole campaign in North Italy, rather than specially to the two engagements, and there is no doubt that there was a certain amount of dilatoriness shown by the consuls: cp. 836, 1; Dio Cass. xlv. 35, 6, *τόν τε πόλεμον μήτε σπουδῇ μήτε παραχρήμα τῇ τοῦ χειμῶνος προφάσει ποιουμένους (τοῦς ὑπάτους) ἦσθερο*. It is added by Wesenberg.

ut in secundis . . . bona] For this

iambic trimeter cp. Att. iv. 1, 8 (90).

Bruti . . . multa peccata] This refers especially to his delay after being released from Mutina, whereby he allowed Antony to get some days' start on his flight into Gaul. Also, perhaps, Cicero considered that D. Brutus showed want of tact and judgment in not acting in friendly concert with Octavian.

Gallorum] cp. 861, 5; the Allobroges appear to have been especially devoted, 900, 4.

3. *gubernatum*] As it is allowable to say (Phil. x. 19) *mentes huius ordinis gubernantur*, so we can say *hic ordo* or *Caesar gubernatur*: cp. Flacc. 63, *quae (civitas) sic optimatum consiliis gubernatur*. Meyer (p. 121) draws too fine a distinction between the man and his mind when he supposes that *Caesar gubernatur* cannot be allowed, because *gubernare* is not found elsewhere in Cicero with a strictly personal object; but it is found in good writers, cp. Ter. Hecyr. iii. 1, 31, *quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt*.

Q

litteris quidam fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in spem certissimam consulatus, quod simul atque sensi, neque ego illum absentem litteris monere destiti nec accusare praesentes eius necessarios, qui eius cupiditati suffragari videbantur, nec in senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitavi, nec vero ulla in re memini aut senatum meliorem aut magistratus; numquam enim in honore extraordinario potentis hominis vel potentissimi potius—quandoquidem potentia iam in vi posita est et armis—accidit, ut nemo tribunus plebis, nemo alio *in* magistratu, nemo privatus auctor existeret. Sed in hac constantia atque virtute erat tamen sollicita civitas: illudimur enim, Brute, tum militum deliciis, tum imperatoris insolentia: tantum quisque se in re publica posse postulat, quantum habet virium; non ratio, non modus, non lex, non mos, non officium valet, non iudicium, non existimatio civium, non posteritatis verecundia. 4. Haec ego multo ante prospiciens fugiebam ex Italia tum, cum me vestrorum edictorum fama revocavit, incitavisti vero tu me, Brute, Veliae; quamquam enim dolebam in eam me urbem ire, quam tu fugeres, qui eam liberavisses, quod mihi quoque quondam acciderat periculo

interpretibus] 'negotiators.'

impulerunt in spem] cp. Fam. i. 9, 12 (153), *in hanc mentem impellere*; Mil. 89.

ulla in re] Meyer (p. 68), after Drumann (i. 331 ff.), thinks that this must refer to the occasion on which 400 of Octavian's soldiers marched to Rome, and demanded the consulship for him (Dio Cass. xlv. 42-43); and as Meyer also holds that Plancus must be referring to the same event in 916, 6 (written July 28), and as news would take a fortnight to reach the Isara from Rome, he fixes July 13 or 14 as the date of that demand. But matters had not come to such a crisis so early as July. The reference rather is to one of the many attempts which, during these months, Octavian would appear to have made to obtain the consulship: cp. Dio Cass. xlv. 41, 3, *ὄπέρ ποῦ* (i.e. the consulship) *τὰ μάλιστα ἐγλίχето*.

nemo alio in magistratu] We have ventured to add *in* (which might easily have fallen out before *m*), as we do not know of any parallel to such an ablative of quality as *nemo alio magistratu*.

auctor] Translate 'to propose it.'

militum deliciis] 'by the supercilious demands': cp. Att. i. 17, 9 (23), *Eecce aliae deliciae equitum vix ferendae*. On the whole sentence, from *Illudimur* down to *verecundia*, Cobet, who is no mean judge of Latin style, exclaims, 'Quis non in his verbis stilum et ubertatem Tullianam agnoscit?'

4. *Haec*] This refers to the whole deplorable state of affairs described in § 3.

edictorum fama] 'the renown obtained by your manifestoes.' The edicts did not fall flat, but were received with enthusiasm. The two documents are—(1) that referred to in Fam. xi. 3, 1 (782), and Phil. i. 8, which Cicero read at Leucopetra about the 7th of August: cp. Att. xvi. 7, 1 (783); and (2) after Antony's reply the manifesto (viz. 782) which was issued as a rejoinder to this reply, and read by Cicero on August 17 (783, 7).

incitavisti . . . liberavisses] cp. Phil. i. 9, *Atque ego celeriter Veliam devectus Brutum vidi; quanto meo dolore, non dico. Turpe mihi ipsi videbatur in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus eederet, et ibi velle tuto esse, ubi ille non posset.*

simili, casu tristiore, perrexi tamen Romamque perveni nulloque praesidio quatefeci Antonium contraque eius arma nefanda praesidia, quae oblata sunt Caesaris, consilio et auctoritate firmavi: qui si steterit fide mihi paruerit, satis videmur habituri praesidii; sin autem impiorum consilia plus valuerint quam nostra aut imbecillitas aetatis non potuerit gravitatem rerum sustinere, spes omnis est in te. Quam ob rem advola, obsecro, atque eam rem publicam, quam virtute atque animi magnitudine magis quam eventis rerum liberavisti, exitu libera: omnis omnium concursus ad te futurus est. 5. Hortare idem per litteras Cassium: spes libertatis nusquam nisi in vestrorum castrorum principiis est. Firmos omnino et duces habemus ab occidente et exercitus; hoc adolescentis praesidium equidem adhuc firmum esse confido, sed ita multi labefactant, ut, ne moveatur, interdum extimescam. Habes totum rei publicae statum, qui quidem tum erat, cum has litteras dabam: velim deinceps meliora sint: sin aliter fuerit—quod di omen avertant!—rei publicae vicem dolebo, quae immortalis esse debebat, mihi quidem quantum reliqui est?

quatefeci] This is a ἀπαξ εἰρημένον, like so many other words in Cicero's Letters: e.g. *ad sessio*, *salaco*, *combibo*. It is legitimately formed: cp. *expergefacio*, *labefacio*, *tremefacio*. Meyer is probably right in supposing that it has a slightly vulgar tone about it, 'I made Antony shake in his shoes.'

si steterit fide] We read *fide* for *idem* with Bücheler (Rhein. Mus. xxix. 195). No definite parallel can be got for *stare idem*: cp. Meyer, 122, 123. Cicero would have said *idem fueris*.

exitu] 'by a (successful) issue'; 'effectively.' *Exitus* is often used in this sense in Livy, e.g. xxxii. 40, 3, *sine exitu*, 'without (successful) result.' Somewhat similar is 833, 3, *ut quae rei p. bonisque omnibus polliceremur, exitu praestaremus*. Accordingly, there is no necessity to have recourse to emendation, either inserting *felici* with Kayser, or altering to *exitio* with Becher, or to *exereitu* with Studemund; though for the latter may be compared 902, 3, *te tuumque exercitum expectamus sine quo . . . vix satis liberi videmur fore*, and *exitus* and

exercitus are often confused by copyists: cp. Drakenborch on Livy, v. 26, 7; xxii. 13, 5.

5. *in vestrorum castrorum principiis*] 'in the head-quarters of your camp.' This was the public place in the camp before the tents of the tribunes: cp. Diet. Antiq. i². 374 a. The word is used in this sense by Nepos, Eum. 7, 2, a contemporary of Cicero. For the substance of the sentence cp. 904, 2.

ne moveatur] 'lest it should be moved from its firm base.' We should have expected *moveatur de statu* or *loco*; but as Horace (Sat. i. 6, 20) can say *movere* for *movere de senatu*, so Cicero may be accorded the privilege here of omitting an ordinary adjunct: cp. Psalm 125, 1, 'Mount Zion which cannot be removed, but abideth for ever.'

totum rei p. statum] cp. 902, 3, *de tota re p. plura scribam*.

rei p. vicem dolebo] cp. Att. iv. 6, 1 (110), *ipsius vicem minime dolemus*; 75², 3, *tuam vicem saepe doleo*.

mihî quidem . . . est?] 'as for myself—ah! how little remains?'

DCCCXCVIII. CICERO TO CASSIUS (FAM. XII. 8).

ROME; AFTER JUNE 8; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero renovatum a Lepido bellum esse queritur et C. Cassium ad liberandam rem publicam hortatur.

CICERO CASSIO S.

1. Scelus adfinis tui Lepidi summamque levitatem et inconstantiam ex actis, quæ ad te mitti certo scio, cognosse te arbitror. Itaque nos confecto bello, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus, spemque omnem in D. Bruto et Planco habemus: si verum quaeris, in te et in meo Bruto non solum ad praesens perfugium, si, quod nolim, adversi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuae libertatis. 2. Nos hic de Dolabella audiebamus quæ vellemus, sed certos auctores non habebamus. Te quidem magnum hominem et praesenti iudicio et reliqui temporis expectatione scito esse. Hoc tibi proposito fac ut ad summa contendas. Nihil est tantum quod non populus Romanus a te perferri atque obtineri posse iudicet. Vale.

The news of the treason of Lepidus cannot have reached Rome by land much earlier than June 9 (cp. note to 894, 1).

1. *adfinis*] cp. note to 790, 2.

summamque . . . inconstantiam] 'and the grievous want of principle and firmness which he has shown': cp. 839, 1, which proves that this character of Lepidus was known before his treason.

ex actis] 'from the Public Journal.' For the *Acta* cp. Prof. A. S. Wilkins, in *Dict. Antiq.* i³. p. 12.

si verum quaeris] Possibly *sed* (*s;*) may have fallen out before *si*. 'We are resting our hopes on D. Brutus and Planco; but, to tell you the truth, our real refuge is in you and my friend Brutus.'

in meo Bruto] Gronovius alters to

M(arco) Bruto, as he considers that the contrast with D. Brutus requires to be marked. This alteration is possible, but not necessary; for his being mentioned in connexion with Cassius shows clearly which Brutus is meant.

non solum . . . libertatis] 'not only to serve as refuge for the immediate crisis if (what I deprecate) anything untoward should happen, but also to establish a freedom that will endure for all time.'

2. *Te quidem . . . contendas*] 'Let me tell you that you are a great man, both in the esteem which you now enjoy, and in the hopes entertained about your future. With this consideration clearly before you, aim high.'

obtinere] 'sustained.'

DCCCXCIX. CICERO TO CORNIFICIUS (FAM. XII. 30).

ROME; AFTER JUNE 8; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero silentium litterarum, quod non esset nisi litigantium commendationibus interpellatum, molestis occupationibus suis excusat amoremque suum summum amico significat: deinde de bello renovato scribit, tum de angustiis pecuniae publicae propter sumptum, quem in rem militarem postularat Cornificius: de Dionysio, de Luccio, de Calvisii legatis.

CICERO CORNIFICIO S.

1. Itane? praeter litigatores nemo ad te meas litteras? Multae istae quidem: tu enim perfecisti ut nemo sine litteris meis tibi se commendatum putaret: sed quis umquam tuorum mihi dixit esse cui darem quin dederim? aut quid mihi iucundius quam, cum coram tecum loqui non possim, aut scribere ad te aut tuas legere litteras? Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impedi occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim te epistolis, sed voluminibus lacerarem, quibus quidem me a te provocari oportebat. Quamvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes, aut, si ne tu quidem vacas, noli impudens esse nec mihi molestiam exhibere et a me litteras crebriores, cum tu mihi raro mittas, flagitare. 2. Nam cum antea distinebar maximis occupationibus, propterea quod omnibus curis *rem publicam* mihi tuendam putabam, tum hoc tempore multo distineor vehementius. Ut enim gravius aegrotant ii, qui cum levati morbo viderentur, in eum de integro inciderunt, sic vehementius nos

This letter was probably written about the same time as 898: see introd. to that letter, and note to § 2 of this one.

1. *litigatores*] 'those who have lawsuits,' and, accordingly, did not fail to present their letters of introduction. For ellipse of *dedit* ep. Att. xii. 38, 1 (581); Fam. xv. 16, 1 (531).

lacerarem] 'assail.'

provocari] 'though it is by volumes, indeed, that I should have been challenged (to make reprisals).' For *provocari* with abl. cp. Off. i. 48.

aut . . . vacas] 'or if you too have

no leisure, do not be importunate, and keep troubling me, and demand of me more frequent letters, when you write to me so seldom.' The kindly tone of the letter generally leads one to suppose that this is, in some measure, a simulation of anger. For *ne . . . quidem* see Reid on Acad. i. 5.

2. *in eum de integro inciderunt*] 'have a relapse.' The usual word for 'relapse' is *recidere*: ep. Att. xii. 21, 5 (557), and *febres recidivae* is the technical term for 'recurrent fevers.'

vehementius] 'acutely.'

laboramus, qui profligato bello ac paene sublato renovatum bellum gerere conamur. Sed haec haecenus. 3. Tu tibi, mi Cornifici, fac ut persuadeas non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut a te vinci possim aut officiis aut amore. Non dubitabam equidem, verum tamen multo mihi notiozem amorem tuum effecit Chaerippus. O hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suavem! Vultus mehereule tuos mihi expressit omnes, non solum animum ac verba pertulit. Itaque noli vereri, ne tibi susceusuerim, quod eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. Requisivi equidem proprias ad me unum a te litteras, sed neque vehementer et amanter. 4. De sumptu, quem te in rem militarem facere et fecisse dicis, nihil sane possum tibi opitulari, propterea quod et orbus *est* senatus consulibus amissis et incredibiles angustiae pecuniae publicae, quae conquiritur undique, ut optime meritis militibus promissa solvantur, quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. 5. De Attio Dionysio nihil puto esse, quoniam mihi nihil dixit Tratorius. De P. Lucecio nihil

profligato . . . sublato] cp. 898, 1.

3. *non esse me*] 'that I am far from being so weak, not to say unceling, as to allow myself to be surpassed by you in affection or service.'

Chaerippus] One of the suite of Q. Cicero in Asia: cp. Q. Fr. i. 1, 14 (30); Att. iv. 7 (111); v. 4, 2 (187). He was now with Cornificius in Africa: cp. 813 fin.

O hominem] 'What a man! he always pleased me, but now quite charms me.'

expressit] 'reproduced.'

ad me] For the ellipse of *scripsisti* cp. Att. xiii. 40, 1 (660), and often: cp. § 7 below, and Heidemann, p. 67.

sed neque vehementer et amanter] 'but without insistence and with affection.'

4. *orbus est*] 'is orphaned.' We have added *est* with Wesenberg.

angustiae] 'scarcity.' The expressive language of the Stock Exchange speaks of the 'tightness' of money.

optime meritis militibus] These were the four legions which Octavian now commanded, and which had deserted from Antony: cp. 877, 3.

tributo] 'property tax.' After 587 (167) a *tributum* was never imposed during the time of the Republic, though during the Triumvirate at the end of this year, 711 (43), some very heavy taxes were imposed

on the rich, both men and women: cp. Appian iv., B. C. 5, 32, 34. Dio Cassius, indeed, talks of a reimposition of taxes formerly abolished (xlvi. 16, τὸ τῶν τελῶν τῶν πρότερον καταλυθέντων τότε δ' αὖθις ἐπαναχθέντων); but as the tax was imposed without any regard to the Servian census, and as the whole proceeding was capricious, violent, and arbitrary, we cannot regard the tax referred to by Dio as anything more than a *tributum temerarium* (cp. Festus 364). See Lange, R. A. i³. 546; Marquardt ii². 178, where fuller details can be found.

5. *De Attio Dionysio*] cp. 817, 3. For Tratorius cp. 792, 4.

De P. Lucecio] cp. 851, 6. It is difficult to be sure about the interpretation of this affair. It would appear that Lucecius was a debtor of some bankrupt (probably now deceased) whose property was being sold. Gaius (iii. 79) gives the following rules about bankrupt sales (*bonorum venditio*):—In the case of the sale of a bankrupt's estate an order issued from the praetor, and the estate was possessed and advertised, for thirty days if the bankrupt was alive, for fifteen if he was dead. After that period a second order issued from the praetor, directing the creditors to hold a meeting, and elect out of their number a liquidator (*magister*),

tibi concedo, quo studiosior tu sis quam ego sum: est enim nobis necessarius. Sed a magistris cum contenderem de proferendo die, probarunt mihi sese, quo minus id facerent, et compromisso et iure iurando impediri. Qua re veniendum arbitror Luceio. Quamquam si meis litteris obtemperavit, cum tu haec leges, illum Romae esse oportebit. 6. Ceteris de rebus maximeque de pecunia, cum Pansae mortem ignorares, scripsisti, quae per nos ab eo consequi te posse arbitrarere. Quae te non fefellissent, si viveret: nam te diligebat: post mortem autem eius quid fieri posset non videbamus. 7. De Venuleio, Latino, Horatio, valde laudo. Illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo aequiore ferrent, te tuis etiam legatis lictores ademisse—honore enim cum ignominia dignis non erant comparandi,—eosque ex senatus consulto, si non decedunt, cogendos, ut decedant, existimo. Haec fere ad eas litteras, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo velim tibi persuadeas non esse mihi meam dignitatem tua cariorem.

by whom the estate might be sold. After ten days if the bankrupt was alive, or five if he was dead, a third order is made, and the conditions of sale are published. After twenty (or ten) days more a decree of the praetor assigns (*addicit*) the estate to the purchaser. This shows that there were fixed times for the different steps in the sale of a bankrupt's estate. In the present case the liquidators (it appears that there were more than one), who, no doubt, made oath when appointed that they would act strictly according to law, declare that they are unable to put off the auction. It is not quite clear how *compromissum* comes in. A *compromissum* is an agreement of two persons to refer the matter in dispute to an arbiter, and to abide by his decision (cp. Long on Verr. ii. chap. 27, § 66). Probably Luceius, or some other person interested in the postponement of the auction, had made an agreement with the *magistri* to refer his claim for postponement to an arbiter, and that arbiter had decided against postponement. Accordingly, it was necessary that Luceius should put in an appearance on the day fixed, if he did not acknowledge the debt.

tu sis] So H Pal; *iussis* M. The ordinary reading is *eius sis*, but Mendelssohn quotes Fam. xiii. 61 (233), *filio mire studioso*, to show that *studiosus* can be

used absolutely: cp. Fam. xiv. 1, 2 (82); Att. x. 15, 4 (401).

6. *arbitrarere*] The subjunctive is that of reported definition; cp. note to Att. ii 1, 2 (27), and Roby, § 1740.

Quae te non fefellissent] 'and you would not have been disappointed in this.'

7. *Venuleio, Latino, Horatio*] Perhaps two of these were the legates of C. Calvisius, whom he left at Utica when he returned to Rome: cp. Phil. iii. 26, and Tissot, *Fastes de la Province d'Afrique*, p. 25. Mommsen, however (St. R. i². 370, note 6), thinks that they were unimportant senators who had been granted lictors (cp. 813). It would appear that even the legates had no right to have lictors.

honore . . . comparandi] 'For they (sc. your legates) ought not, in respect of distinction, to be put on a par with those who deserve to be disgraced.' For this use of the ablative cp. Livy ix. 19, 1, *Restat ut copiae copias comparantur vel numero vel militum genere vel multitudine auxiliorum*: so that there is no necessity to read, with Lehmann, p. 107, *Honore enim <cum digni sunt> eum ignominia dignis non erant comparandi*.

Haec . . . eodem exemplo binas accepi] 'This is the answer I have to make to the two duplicate letters which I have received': cp. note to 855, 1; 810, 1.

DCCCC. D. BRUTUS AND L. PLANCUS TO THE
SENATE AND MAGISTRATES (FAM. XI. 13, §§ 4, 5).

CULARO; ABOUT JUNE 11; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

In fragmento epistolae D. Brutus se Antonio et Lepido pro virili parte restitutum esse pollicetur, et senatum magistratusque rogat ut nihil de diligentia remittant.

[D. BRUTUS IMP. COS. DES. ET PLANCUS IMP. COS. DESIG. S. D.
PR. TR. PL. SENATUI POPULO PLEBIQUE ROMANAE.]

4. * * * in spem venerant, quod neque Planci quattuor legiones omnibus suis copiis pares arbitrabantur neque ex Italia tam celeriter exercitum traici posse credebant. Quos ipsi adhuc satis adroganter Allobroges equitatusque omnis, qui eo praemissus erat a nobis, sustinebant, nostroque adventu sustineri facilius posse confidimus. Tamen, si quo etiam casu Isaram se traiecerint, ne quod detrimentum rei publicae iniungant, summa a nobis dabitur opera. 5. Vos magnum animum optimamque spem de summa re publica habere volumus, cum et nos et exercitus nostros singulari concordia coniunctos ad omnia pro vobis videatis paratos. Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis dareque operam, ut quam paratissimi et ab exercitu reliquisque rebus pro vestra salute contra sceleratissimam conspirationem hostium configamus: qui

That this is a separate letter from 869 is quite plain, though both are run into one in the mss. Most probably a sheet of the archetype was lost, as this letter, as it appears here, is a mere fragment. It is the end of an official letter addressed by D. Brutus and Plancus to the senate and magistrates. Of course the superscription given above is not found in the mss. As in 885, cos. must be left out before PR., as the consuls were dead.

4. * * * in spem venerant] se. Antony and Lepidus. For the phrase cp. Fam. ix. 1, 1 (456); De Orat. ii. 217.

quattuor] Plancus says, in 833, 3, that he had five legions; but only four were available for active service (860, 3; 916, 3).

Italia] see note to 877, 4.

satis adroganter] 'contemptuously enough.'

sustinebant] This tense is epistolary.

nobis . . . nostro] These words show that this letter was written by D. Brutus and Plancus: contrast *meumque iter* in 869, 4. Also *vos* below, § 5, shows that it is probably addressed to the senate and magistrates: contrast 869, 2, *tibi esse notum*.

sustineri facilius posse] 'that resistance can be more easily made.'

se traiecerint] cp. note to 847, 2.

5. ab exercitu] 'in respect of forces.' For *ab* cp. Att. i. 1, 2 (10).

conspirationem] 'conspiracy.' For this sense of the word cp. Cic. Scaur. 20; Deiot. 11; Vatinius ap. Fam. v. 9, 1 (639). It often occurs in later authors.

quidem eas copias, quas diu simulatione rei publicae comparabant, subito ad patriae periculum converterunt.

DCCCXI. CASSIUS PARMENSIS TO CICERO
(FAM. XII. 13).

CROMMYUACRIS, IN CYPRUS; JUNE 13; A. U. C. 711; B. C. 43;
AET. CIC. 63.

C. Cassius quaestor gratulatur de Mutinensi victoria et res a se gestas exponit.

C. CASSIUS Q. S. D. M. CICERONI.

I. S. V. B. E. V. Cum rei publicae vel salute vel victoria gaudemus tum instauratione tuarum laudum: quod maximus consularis maximum consulem te ipse vicisti, et laetamur et mirari satis non possumus. Fatale nescio quid tuae virtuti datum, id quod saepe iam experti sumus. Est enim tua toga omnium armis felicio: quae nunc quoque nobis paene victam rem publicam ex manibus hostium eripuit ac reddidit. Nunc ergo vivemus liberi: nunc te, omnium maxime civis et mihi carissime—id quod maximis rei publicae tenebris comperisti,—nunc te habebimus testem

qui quidem . . . converterunt] Watson thinks that this is an allusion to Lepidus, though it is just possible that it is a hint that Octavian is really hostile; for D. Brutus appears to have had suspicions that he was not to be trusted: cp. 854, 4, *neque Caesari imperari potest*; 877, 1, *se (Caesarem) non esse commissurum ut tolli possit*. The date of this letter will not, of course, admit of any reference to the declared hostility of Octavian.

Schütz, Krause (in Pauly), and Wesenberg say that the writer of this letter was Lucius Cassius, nephew of Cassius the conspirator. Appian, iv. 135, states that this Lucius Cassius died fighting desperately at Philippi. But Drumann (ii. 161-163), Ruete (56-7), Prof. A. S. Wilkins (on Hor. Epist. i. 4, 3), and Mendelssohn hold that the writer is Cassius Parmensis: cp. with § 3 Appian v. 2, *Κάσσιος ὁ Παρμήσιος ἐπικέλην ὑπελέλειπτο μὲν (in*

42 B.C.) *ὑπὸ Κασσίου καὶ Βρούτου περὶ τὴν Ἀσίαν ἐπὶ νεῶν καὶ στρατοῦ, χρήματα ἐκλέγειν*. Ruete supposes that the C. Cassius mentioned in Att. xv. 8 (741) is also Cassius Parmensis. For more about him cp. Teuffel, § 210, 7.

1. *instauratione tuarum laudum*] 'revival of your glories.' Cassius is congratulating Cicero on the victory of Mutina, which the state had won by reason of his policy.

Fatale nescio quid] 'a power as of Fate.'

Est enim . . . felicio] This was the regular compliment to be paid Cicero. He appears to have first paid it to himself (*Cedant arma togae, concedat laurea laudi*) in his poem *De meis temporibus*, 691 (63): cp. Pis. 73 ff., and Mayor's note on Juv. viii. 240. The verse was generally condemned for its arrogance, Quintil. xi. 1, 24.

maximis . . . tenebris] 'in the darkest

nostri et in te et in coniunctissimam tibi rem publicam amoris, et, quae saepe pollicitus es te et taciturnum, dum serviremus, et dicturum de me tum, cum mihi profutura essent, nunc illa non ego quidem dici tanto opere desiderabo quam sentiri a te ipso. Neque enim omnium iudicio malim me a te commendari quam ipse tuo iudicio digne ac mereor commendatus esse, ut haec novissima nostra facta non subita nec convenientia, sed similia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisse iudices meque ad optimam spem patriae non minimum tibi ipsi producendum putes. 2. Sunt tibi, M. Tulli, liberi propinquire digni quidem te et merito tibi carissimi: esse etiam debent in re publica proxime hos cari, qui studiorum tuorum sunt aemuli, quorum esse cupio tibi copiam: sed tamen non maxima me turba puto excludi, quo minus tibi vacet me excipere et ad omnia, quae velis et probes, producere. Animum tibi nostrum fortasse probavimus: ingenium diutina servitus certe, quaecumque est, minus tamen, quam erat, passa est videri. 3. Nos ex ora maritima Asiae provinciae et ex insulis quas potuimus naves deduximus: dilectum remigum,

hour of the state.' Probably Cassius means the few years that followed Pharsalia. Perhaps Cassius had been kind to Cicero when the latter was at Brundisium.

digne ac mereor] Just as *aeque ac* is common, and *pro eo ac* is allowable (cp. Sulpicius, Fam. iv. 5, 1 (555)), so objection cannot be raised against *digne ac*. Similar unusual examples of *atque ac* are also found in the Digest, ii. 14, 4; xii. 2, 54.

malim . . . ipse . . . commendatus esse] cp. note to *demorati esse* (882, 4).

ut haec . . . putes] 'by your judging that these recent acts of mine are not hasty and inconsistent ones, but quite in accordance with those principles you know so well; and by your reflecting that you yourself should be the main cause of my advancement to a position wherein our country may entertain the highest hopes of me.' The subjunctives *ut iudices* and *ut putes* are explicative subjunctives, developing *tuo iudicio . . . commendatus esse*. We need not read *nec inconvenientia* with some inferior mss; for *nec convenientia* = *et non convenientia*, cp. Prop. 2, 28, 52, *Vobiscum Europe nec proba* (= et improba) *Pasiphae*; Ovid, Her. 12, 33, *et vidi et perii nec notis* (= et

ignotis) *ignibus arsi*. This usage may pass in Cassius, but would make us pause in Cicero, though some examples occur: Acad. Post. 20, *quod inchoatum est neque absolutum* (= et non absolutum). For other examples cp. Dräger, ii. 69, 70. Boot (Obs. Crit. p. 24), after Gronovius, wishes to read *neque ad optimam spem patriae, non minimam tibi ipsi producendum putes*, 'and by your holding the opinion that I should be advanced to honour, so that high hopes of me may be entertained by my country, no trifling hopes of me entertained by yourself.' This makes an elegant and well-balanced sentence, such as suits this studied composition.

2. *liberi*] The plu. must not be pressed. Cicero had only one child alive.

studiorum] 'rivals for your interest'; or, perhaps, 'rivals in your studies,' i.e. highly cultured and learned young men.

sed tamen . . . videri] 'yet, for all that, I do not think that, though they are numerous, you will refuse to find room for me, and to further my advancement, as far as you think fit and proper. Possibly I have already satisfied you as to my principles: my talents, slight though they are, were certainly dwarfed by the long-continued despotism.'

3. *deduximus*] 'launched.'

magna contumacia civitatum, tamen satis celeriter habuimus: secuti sumus classem Dolabellae, cui L. Figulus praeerat: qui spem saepe transitionis praebendo neque umquam non decedendo novissime Corycum se contulit et clauso portu se tenere coepit. Nos illa relicta, quod et in castra pervenire satius esse putabamus et sequebatur classis altera,—quam anno priore in Bithynia Tillius Cimber compararat, Turullius quaestor praeerat—Cyprum petivimus. Ibi quae cognovimus scribere ad vos quam celerrime volumus. 4. Dolabellam ut Tarsenses, pessimi socii, ita Laudiceni multo amentiores ultro arcessierunt: ex quibus utrisque civitatibus Graecorum militum numero speciem exercitus effecit. Castra habet ante oppidum Laudiceam posita et partem muri demolitus est et castra oppido coniunxit. Cassius noster cum decem legionibus et cohortibus viginti auxiliariis et quattuor milium equitatu a milibus passuum viginti castra habet posita Πάλατο et existimat se sine proelio posse vincere. Nam iam ternis tetrachmis triticum

magna contumacia] ‘with stubborn resistance on the part of the states.’ Wesenberg (E. A., p. 46) wished to add *in*, comparing Fam. iii. 11. 4 (265), *in summis tuis occupationibus*; Liv. i. 17, 3, *in variis voluntatibus regnari tamen omnes volebant*. But it is not necessary to add the preposition: cp. Verr. ii. 189, *Tabulas in foro summa hominum frequentia exseribo*. If a preposition were required *cum* might be suggested: it could readily have fallen out after *cum*.

L. Figulus] The mss give *Lucilius*; but cp. Appian iv. 60.

neque umquam non decedendo] ‘yet never failing to draw back from these offers.’

in castra] This is somewhat vague. Possibly we should read *in* <Cassii> castra.

Tillius Cimber] He was one of Caesar’s assassins. Turullius was also one of the conspirators, and afterwards a partisan of Antony against Octavian: cp. Val. Max. i. 1, 19. For the readings of the sentence see Adn. Crit.

4. *Laudiceni*] The inhabitants of Laodicea in Syria.

Graecorum militum numero] ‘with a horde of Greek soldiers.’ For the contemptuous sense of *numerus* cp. Hor. Epist. i. 2, 27, *nos numerus sumus et fruges consumere nati*. Though the Roman speaks thus contemptuously of the Greek

soldiers, no doubt they were respectable enough as compared with the Orientals. This passage is interesting, as showing that the Greeks appear to have had an organized militia of their own in these Syrian towns: cp. Holm, Griechische Geschichte, p. 165.

et quattuor milium equitatu] ‘and a body of horse consisting of four thousand.’ For *equitatus* = ‘a body of horse,’ cp. Caes. B. C. i. 61, 3; Sall. Jug. 46, 7, where *equitatus* is used in the plural.

a milibus passuum] ‘at a distance of twenty miles.’ For this use of *a* cp. Caes. B. G. ii. 7, 3, *ab milibus passuum minus duobus castra posuerunt*.

Πάλατο] Manutius reads Παλατοί, as he considers the dative would require a preposition; yet cp. Thucyd. v. 18, 10, *καὶ Πυθοὶ καὶ Ἰσθμῶ καὶ Ἀθήναις*. Paltus was a coast town in Syria, a little south of Laodicea.

Nam . . . est] ‘For corn in the camp of Dolabella now costs three tetrachms the medimnus.’ For the form *τέτραχμον* and *tetrachmum* Mendelssohn refers to Hultsch, Metrologici Scriptores, Index, pp. 220, 259, who gives many examples. The form is common in Livy, xxxiv. 52, 6; xxxvii. 46, 3; 59. 4; xxxix. 7, 1, quoted by Weissenborn. A tetrachm was about 3s. 3d., and a medimnus about 1½ bushels. Accordingly, the price of corn was about 52s. a quarter. The average

apud Dolabellam est. Nisi quid navibus Laodiceorum supportarit, cito fame pereat necesse est : ne supportare possit, et Cassii classis bene magna, cui praest Sextilius Rufus, et tres, quas nos adduximus, ego, Turullius, Patiscus, facile praestabunt. Te volo bene sperare et rem publicam, ut vos istie expeditis, ita pro nostra parte celeriter nobis expediri posse confidere. Vale. Data Idibus Iun. Cypro, a Crommyuacride.

DCCCCII. CICERO TO BRUTUS (BRUT. I. 9).

ROME; JUNE 8 (ABOUT); A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

Brutum morte Porciae suae lugentem consolatur Cicero et ad fortitudinem cohortatur.

CICERO BRUTO SAL.

I. Fungerer officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per litteras consolarer, nisi scirem iis remediis, quibus meum dolorem

price of wheat is now about 29s. a quarter. The highest it ever reached in England was 177s. a quarter in 1801.

Nisi quid . . . supportarii] 'unless he procures a supply of corn in the ships of the Laodiceans.'

Sextilius Rufus] cp. Fam. xiii. 48 (929), where he appears as quaestor in Cyprus. For Patiscus see note to 882, 2. *expeditis*] 'you have freed it of difficulties.'

nobis] dat. comm. There is no need to add *a*.

Crommyuacride] 'Onion-point,' a promontory on the north of Cyprus, looking towards Pamphyliā.

This is the celebrated Consolation sent by Cicero to Brutus on the death of his wife, 'a lady well-reputed, Cato's daughter,' that paragon among women (*id enim amisisti cui simile in terris nihil fuit*). In his letter to Atticus (865, 7) Brutus alludes to her illness, and it is perhaps reasonable to suppose that she died of a pestilence which visited Italy about this time, Dio Cass. xlv. 17, 8, *ἐπεγένετο καὶ ὁ λοιμὸς πάσῃ ὡς εἰπεῖν τῇ Ἰταλίᾳ ἰσχυρός*. It is strange that there

is no mention of Porcia's illness in the letters of Brutus to Cicero; but we may explain that by the fact that the whole correspondence was of a purely business and political character. That the ordinary view that Porcia was daughter, and not sister, of Cato of Utica is right, is convincingly shown by Fr. Rühl (Jahrb. 1880, p. 147 f.) against the arbitrary theorizing of Mommsen (Hermes xv. p. 99 ff.).

The ordinary account of the death of Porcia is that she committed suicide after the Battle of Philippi by 'swallowing fire,' as Shakespeare says, following an account which literally translated the Greek (Val. Max. iv. 6, 5; Martial i. 42; Dio Cass. xlvii. 49, 4; Appian iv. 136). Plutarch (Brut. 53) relates this story, and also another account of her death, which is more in accordance with our letter: *Πορκίαν δὲ τὴν Βρούτου γυναῖκα Νικόλαος ὁ φιλόσοφος ἱστορεῖ καὶ Οὐαλέριος Μάξιμος βουλομένην ἀποθανεῖν, ὡς οὐδεὶς ἐπέτρεπε τῶν φίλων, ἀλλὰ προσέκειντο καὶ παρεφύλαττον, ἐκ τοῦ πυρὸς ἀρπαδάσαν ἄνθρακας καταπιεῖν καὶ τὸ στόμα συγκλείσαν καὶ μύσαν οὕτω διαφθαρήναι. Καίτοι φέρεται τις ἐπιστολὴ Βρούτου πρὸς τοὺς φίλους ἐγκα-*

tu levasses, te in tuo non egere, ac velim facilius, quam tunc mihi, nunc tibi tute medeare; est autem alienum tanto viro, quantus es tu, quod alteri praeceperit, id ipsum facere non posse. Me quidem cum rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua a nimio maerore deterruit; cum enim mollius tibi ferre viderer, quam deceret virum, praesertim eum, qui alios consolari soleret, accusasti me per litteras gravioribus verbis, quam tua consuetudo ferebat.

2. Itaque iudicium tuum magni aestimans idque veritus me ipse collegi et ea, quae didiceram, legeram, acceperam, graviora duxi tua auctoritate addita. Ac mihi tum, Brute, officio solum erat et naturae, tibi nunc populo et scenae, ut dicitur, serviendum est; nam, cum in te non solum exercitus tui, sed omnium civium ac

λοῦντος αὐτοῖς καὶ ὀλοφυρομένου περὶ τῆς Πορκίας, ὡς ἀμεληθείσης ὑπ' αὐτῶν καὶ προελομένης διὰ νόσον καταλιπεῖν τὸν βίον. Ἔοικεν οὖν ὁ Νικόλαος ἠγνοῦν καὶ τὸν χρόνον, ἐπεὶ τό γε πάθος καὶ τὸν ἔρωτα τῆς γυναίκος καὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς ὑπονοῆσαι δίδωσι καὶ τὸ ἐπιστόλιον, εἴπερ ἕρα τῶν γυναικῶν ἐστίν. Now it is plain that Plutarch appears to favour the more romantic story, not only by the words in his life of Cato Minor 73, καὶ προήκατο (ἡ Πορκία) τὸν βίον ἀξίως τῆς εὐγενείας καὶ τῆς ἀρετῆς, but also by his statement here that the letter of Brutus is, perhaps, not genuine. It is easy to account for the more romantic story when we remember the tone of the opposition literature of the early empire, and its tendency to exalt Brutus and all connected with him to a plane of heroism on which they never deserved to be placed; but it is hard to account for the more prosaic story, unless it was virtually the truth. No doubt in Plutarch's time there were forged letters, purporting to have been composed by Brutus; but we cannot believe that a forger, if he wrote such letters as we possess in the interests of Augustus and the Empire, would have represented Brutus and his doings in a manner so very similar to that in which other writers exhibit them, and mingled with so very little exaggeration or misrepresentation. We cannot, of course, argue that a forger on the Republican side, if composing a correspondence of Brutus and Cicero, would have adopted the romantic story which Plutarch attributes to Nicolaus; for that story supposed that Porcia's death

did not occur till after the deaths of Cicero and Brutus; but he would surely have given more prominence than is given in these letters to the death of a personage who, according to the prevailing account, won such high honour by the courage and magnanimity displayed in the closing scene of her life.

1. *levasses*] This subjunctive is due to the attraction of the other clauses: cp. Tusc. iii. 35, *diceres aliquid et magno quidem philosopho dignum si ea bona esse sentiret quae essent homine dignissima*, and many examples quoted by Dräger, i. 318-9.

teque per litteras . . . posse] Some writers have supposed that this sentence has been copied from Fam. iv. 5, 5 (555), the celebrated letter of condolence sent by Servius Sulpicius to Cicero: they also compare § 2 of this letter with § 6 of that of Sulpicius. But letters of condolence, no matter by whom written, of necessity contain very similar thoughts: in them, if anywhere, 'common is the commonplace.'

Me quidem] Cicero refers to the letter of consolation which Brutus sent him on the death of Tullia.

gravioribus verbis] Cicero did not like that letter of Brutus at all: cp. Att. xii. 14, 4 (546), *De Bruti ad me litteris scripsi ad te antea: prudenter scriptae sed nihil quod me adiuveret*; xiii. 6, 3 (554), *cum illius (sc. Bruti) obiurgatoria (epistola)*.

2. *populo et scenae, ut dicitur*] 'you must pay regard to the people, and the part we act, so to say, before the public': cp. Hor. Sat. ii. 1, 71, *ubi se a vulgo et saena in secreta remorant*.

paene gentium coniecti oculi sint, minime deceat, propter quem fortiores ceteri sumus, cum ipsum animo debilitatum videri. Quam ob rem accepisti tu quidem dolorem—id enim amisisti, cui simile in terris nihil fuit,—et est dolendum in tam gravi vulnere, ne id ipsum, carere omni sensu doloris, sit miserius quam dolere, sed, ut modice, ceteris utile est, tibi necesse est. 3. Scriberem plura, nisi ad te haec ipsa nimis multa essent. Nos te tuumque exercitum exspectamus, sine quo, ut reliqua ex sententia succedant, vix satis liberi videmur fore. De tota re publica plura scribam et fortasse iam certiora iis litteris, quas Veteri nostro cogitabam dare.

DCCCCIII. CICERO TO D. BRUTUS (FAM. XI. 25).

ROME; JUNE 18; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero scribit omnem spem esse in Planco et D. Bruto. De M. Bruti rebus certior fieri cupit.

M. CICERO S. D. D. BRUTO.

1. Exspectanti mihi tuas cotidie litteras Iulius noster subito denunciavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. Ego autem, etsi quid scriberem non habebam—acta enim ad te mitti sciebam, inanem autem sermonem litterarum tibi iniucundum esse audiebam,—brevitatem secutus sum te magistro. Scito igitur in te et in collega spem omnem esse. 2. De Bruto autem nihil adhuc certi: quem ego, quem ad modum praecipis, privatis litteris ad

in tam gravi vulnere] 'in the case of so severe a blow': cp. note to 842, 5.

ne . . . necesse est] 'lest the very freedom from all feelings of grief should be itself a more wretched state than that of grief; but moderation in grief, while advantageous to the rest, is essential to you.'

ut modice] sc. *doleas*. Wesenberg inserts *ita* before *tibi*, apparently on the ground that *utile est ut* is not found elsewhere, and that *necesse est ut* is rare. According to that reading supply *dolere* after *modice*. But the mss reading gives a satisfactory construction.

ut reliqua . . . succedant] 'even if everything else turns out as prosperously as we could wish.'

de tota re publica] cp. 897, 5, *Habes totum rei p. statum*.

Veteri] cp. 837, 5, and note to 909, 1.

1. *Lupus*] see note to 809, 1.
inanem . . . litterarum] 'chit-chat of letters.'

brevitatem . . . magistro] 'I have followed your teaching in being brief': cp. note to 894, 1.

collega] i.e. Planco: cp. 905, 1.

bellum commune vocare non desino. Qui utinam iam adesses! intestinum urbis malum, quod est non mediocre, minus timeamus. Sed quid ago? non imitor λακωνισμόν tuum: altera iam pagella procedit. Vince et vale. XIV. Kal. Quinctiles.

DCCCCIV. CICERO TO CASSIUS (FAM. XII. 9).

ROME; MIDDLE OF JUNE; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero queritur de Lepido et Cassium, ut ad rem publicam liberandam in Italiani veniat, hortatur.

CICERO CASSIO S.

1. Brevitas tuarum litterarum me quoque breviorē in scribendo facit et, vere ut dicam, non satis occurrit quid scribam. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio, tuas autem ignoramus. Tamquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos praeter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. 2. Nos, confectum bellum cum putaremus, repente a Lepido tuo in summam sollicitudinem sumus adducti. Itaque tibi persuade, maximam rei publicae spem in te et in tuis copiis esse. Firmos omnino exercitus habemus, sed tamen, ut omnia, ut spero, prospere procedant, multum inte-

2. *intestinum . . . mediocre*] 'internal troubles here in the city, no slight ones.' The reference is probably to the intrigues which were in progress to secure the consulship for Octavian, cp. 897, 2, as Manutius supposes, though these intrigues did not begin to be really serious until July: cp. 915, 3; 916, 6.

pagella] On account of the shortness of this letter, which, nevertheless, required a second page, it has been supposed that this letter was written on *codicilli*, for which cp. Fam. ix. 26, 1 (479).

Vince et vale] 'Success and health'—a formula which occurs elsewhere: cp. 907 fin.

1. *Brevitas tuarum litterarum*] Schmidt (Cass. p. 52) considers that the present

letter is an answer to 822, which was written on March 7. It may seem a bold thing to suppose that a letter would take over 100 days to reach Rome from Syria; but a letter took close on 70 days to reach Cicero in Cilicia, cp. Fam. iii. 11, 1 (265); and the messenger of Cassius may have been delayed, owing to his having to take precautions against being captured by Dolabella: cp. 856, 1.

actis] cp. 898, 1.
2. *a Lepido tuo*] cp. note to 790, 2. The fact that the treachery of Lepidus is mentioned in the middle of the letter as a subject which had been treated of previously shows that the present letter was written later than 898.

ut omnia . . . procedant] 'even supposing everything goes on prosperously.'

rest te venire. Exigua enim spes est rei publicae—nam nullam non libet dicere—, sed, quaecumque est, ea despondetur anno consulatus tui. Vale.

DCCCCV. CICERO TO D. BRUTUS (FAM. XI. 15).

ROME; JUNE (END OF); A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

Laudat M. Cicero officium D. Bruti et hortatur, ut secum iam ipso certet.

M. CICERO D. BRUTO COS. DES. S. D.

1. Etsi mihi tuae litterae iucundissimae sunt, tamen iucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco collegae mandasti, ut te mihi per litteras excusaret: quod fecit ille diligenter. Mihi autem nihil amabilius officio tuo et diligentia. Coniunctio tua cum collega concordiaque vestra, quae litteris communibus declarata est, S. P. Q. R. gratissima accidit. 2. Quod superest, perge, mi Brute, et iam non cum aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, praesertim ad te, quo magistro brevitatis uti cogito. Litteras tuas vehementer exspecto et quidem tales, quales maxime opto.

despondetur] 'is affianced to,' i.e. belongs wholly to, is entirely connected with. For another figurative use of *despondere* cp. Att. i. 10, 4 (6), *bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas quamvis aevum amatorem inveneris*, and note to 890, 4.

For the date, see note to 895. On June 3 Brutus was in camp at least one day's march from Eporedia. From that camp to Cularo was about 100 miles, so that his union with Plancus could hardly have been effected much before June 12; for most of the journey was across the Alps where a day's march cannot have compassed the normal distance; and the soldiers must have been allowed a day's

rest at least once during the journey. A *iustum iter* was about 15 Roman miles.

1. *collegae*] D. Brutus and Plancus had been designated as consuls for 712 (42).

Coniunctio] cp. App. iii. 81. It occurred about June 12. News of it would take thirteen days to reach Rome, so that this letter must have been written at the end of June at the earliest.

2. *tecum ipse certa*] cp. 823, 2, *Tu fac in agenda gloria te ipsum vincas*.

magistro brevitatis] Cicero elsewhere complains of the shortness of the letters of D. Brutus: cp. 894, 1; 903, 1, *brevitatem secutus sum te magistro*.

Litteras . . . opto] This same conclusion occurs in the next letter.

DCCCCVI. CICERO TO PLANCUS (FAM. X. 22).

ROME; JUNE (END OF); A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero L. Planco, qui agris dividendis praefici cupierat, respondet.

CICERO PLANCO.

1. In te et in collega omnes spes est, dis approbantibus. Concordia vestra, quae senatui declarata litteris vestris est, mirifice et senatus et cuncta civitas delectata est. 2. Quod ad me scripseras de re agraria, si consultus senatus esset, ut quisque honorificentissimam de te sententiam dixisset, eam secutus essem: qui certe ego fuisset. Sed propter tarditatem sententiarum moramque rerum cum ea, quae consulebantur, ad exitum non pervenirent, commo-dissimum mihi Plancoque fratri visum est uti eo *s. c.*, quod ne nostro arbitrato componeretur quis fuerit impedimento arbitror te ex Planci litteris cognovisse. 3. Sed sive in *s. c.* sive in ceteris rebus desideras aliquid, sic tibi persuade, tantam esse apud omnes bonos tui caritatem, ut nullum genus amplissimae dig-

1. *Concordia*] This shows that Plancus and D. Brutus had joined forces: cp. 905, introd. note.

2. *de re agraria*] Both D. Brutus and Plancus evidently wished to be on the Commission which was to be appointed to consider the distribution of lands to the soldiers: cp. 877, 1.

si consultus . . . fuisset] This sentence is somewhat awkward, as *qui* must refer to *quisque*; and there is a slight verbal inaccuracy in Cicero's saying that he would have followed a proposal, and then saying that he would have originated it; but the sense is plain. We are to suppose that *qui . . . fuisset* is a sort of correction on Cicero's part, 'If the senate had been consulted, I should have adopted the opinion of the proposer of the most complimentary motion on your behalf, and that proposer would assuredly have been myself.' Various alterations have been proposed. Mendelssohn suggests *esset, in quis* for *essem qui*, 'the senate would

have followed the most complimentary opinion.' The long separation of the relative from the antecedent is not a vital objection to the passage; for such separation is found in Cicero (*Tusc. i. 3*), and is frequent in other writers, e.g. *Caes. B. G. vii. 59, 2 (qui = Bellovaci)*; *Sall. Cat. 48, 1 (quae = plebes)*; *Tac. Ann. i. 74, 1 (qui = Caepio)*; *Vell. ii. 47, 4 (quem = Milonem)*; still it is bold to change *essem* to *esset in*. We thought of *quod ego certe favissem*, 'which I should certainly have approved of': cp. *Tusc. i. 55*. But it is safer, on the whole, to adhere to the *ms* reading.

uti eo . . . cognovisset] 'to accept the decree which was passed; and I think you have learned from your brother's letters who hindered its being drafted according to our wishes.' Most editors since Manutius add *s. c.*; or, with Orelli and Baier, think that *eo* took the place of *s. c.* The person referred to by *quis* was probably Servilius: cp. 838, 3.

nitatis excogitari possit quod tibi non paratum sit. Litteras tuas vehementer exspecto et quidem tales, quales maxime opto. Vale.

DCCCCVII. CICERO TO FURNIUS (FAM. X. 26).

ROME; JUNE (END); A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

Quod se Furnius scripserat se ad comitia praetoria venturum, monet eum M. Cicero, ut absens potius bene de re publica mereatur.

M. CICERO S. D. C. FURNIO.

1. Lectis tuis litteris, quibus declarabas aut omittendos Narbonenses aut cum periculo dimicandum, illud magis timui: quod vitatum non moleste fero. Quod de Planci et Bruti concordia scribis, in eo vel maximam spem pono victoriae. De Gallorum studio nos aliquando cognoscemus, ut scribis, cuius id opera maxime excitatum sit. Sed iam, mihi crede, cognovimus. Itaque iucundissimis tuis litteris stomachatus sum in extremo. Scribis enim, si in Sextilem comitia, cito te: sin iam confecta, citius, 'ne diutius cum periculo fatuus sis.' 2. O mi Furni, quam tu tuam causam non nosti, qui alienas tam facile discas! Tu nunc candi-

3. *Litteras . . . opto*] cp. 905 fin.

For Furnius see 880.

1. *illud*] sc. the loss of Narbonese Gaul. *quod*] Editors wrongly alter to *hoc*. The possible loss of Narbonese Gaul was what caused Cicero most fear, and he was glad that such a mishap had been avoided. He seems to think that the other alternative will come to pass, and that a critical engagement will take place; but he has no fear for the result now that Decimus and Planus are united.

concordia] cp. note to 905, 1; 906, 1. *Gallorum studio*] 'loyalty of the Gauls' (subjective genitive).

iara] Cicero hints that he knows that Furnius has played a large part in this honourable work. Accordingly (*itaque*), he goes on to say, 'when I was delighted to hear that you were treading the path of duty and glory, I was vexed to find at the end of your letter that you had deter-

mined to throw up the whole business, and come home and stand for a magistracy.'

in extremo] cp. 888, 3.

si . . . cito te] = *si in Sextilem comitia (praetoria dilata sunt) cito te (rediturum)*. For the ellipse of *differre*, a favourite one with Cicero, cp. Q. Fr. ii. 13 (15 a), 3 (141), *sed in alterum annum* (sc. *res dilata est*), and Boot on Att. xiii. 30, 2 (608), *nihil erat novi nisi auctionem biduum* (sc. *prolatam esse*): cp. 14, 1 (627), and Heidemann, p. 91. The ellipse of a verb of motion after a verb *deklarandi* is common: cp. Att. xiii. 47 a (664), *Dolabella scribit se ad me postridie Idus* (sc. *venturum*); cp. Heidemann, p. 55.

'*ne diutius . . . fatuus sis*'] 'that you may not any longer incur danger, as well as be a fool.' This is obviously a quotation from Furnius's letter.

2. *alienas*] Possibly, as Manutius says, Furnius had practised in the courts.

datum te putas et id cogitas, ut aut ad comitia eurras aut, si iam confecta, domi tuae sis, ne cum maximo periculo, ut scribis, stultissimus sis? Non arbitror te ita sentire: omnes enim tuos ad laudem impetus novi. Quod si, ut scribis, ita sentis, non magis te quam de te iudicium reprehendo meum. Te adipiscendi magistratus levissimi et divulgatissimi, si ita adipiscare ut plerique, praepropera festinatio abducat a tantis laudibus, quibus te omnes in caelum iure et vere ferunt? Scilicet id agitur, utrum hac petitione an proxima praetor fias, non ut ita de republica mereare, omni honore ut dignissimus iudicare. 3. Utrum nescis quam alte ascenderis an pro nihilo id putas? Si nescis, tibi ignosco, nos in culpa sumus: sin intellegis, ulla tibi est praetura vel officio, quod pauci, vel gloria, quam omnes sequuntur, dulcior? Hac de re et ego et Calvisius, homo magni iudicii tuique amantissimus, te accusamus cotidie. Comitata tamen, quoniam ex iis pendes, quantum facere possumus, quod multis de causis rei publicae arbitramur conducere, in Ianuarium mensem protrudimus. Vince igitur et vale.

id cogitas ut] 'are planning this, either to hasten back to the elections.'

impetus] 'impulses': cp. Vell. ii. 55, 2, *adulescens impetus ad bella maximi*.

adipiscendi . . . festinatio] 'this precipitous haste to acquire a magistracy, which is most worthless and common if you were to acquire it in the way most candidates do, will draw you away from the sphere of that fame with which all men are legitimately and rightly immortalizing you' (or 'lauding you to skies').

ut plerique] i.e. without having performed any distinguished service which might give you a claim to it.

Scilicet . . . iudicare] 'We are to suppose, are we, that the point is whether you be chosen praetor at this election or

the next; and not that you should deserve so well of the state as to be esteemed most worthy of every honour.' *Id agitur* is somewhat zeugmatic, (1) = 'the question is,' (2) 'the object is.'

3. *Calvisius*] cp. note to 880, 3.

protrudimus] The dictionaries give no other example of this use of *protrudere*. Cicero generally uses *detrudere*: cp. Q. Fr. ii. 11 (13), 3 (135); Att. iv. 16, 6 (144).

Vince igitur et vale] 'Success, therefore, and health.' The same conclusion occurs 903, 2. Some editors insert *te*, 'conquer yourself,' i.e. give up your idea of coming to Rome and abide at your post. But 903, 2 shows that *vince et vale* is a mere formula.

DCCCCVIII. BRUTUS TO CICERO (BRUT. I. 13).

CAMP IN MACEDONIA ; JULY 1 ; A. U. C. 711 ; B. C. 43 ; AET. CIC. 63.

Brutus liberos Lepidi Ciceroni commendat, rogatque ne ex lege cum iis agatur.

BRUTUS CICERONI SAL.

1. De M. Lepido vereri me cogit reliquorum timor : qui si eripuerit se nobis, quod velim temere atque iniuriose de illo suscipati sint homines, oro atque obsecro te, Cicero, necessitudinem nostram tuamque in me benevolentiam obtestans, sororis meae liberos obliviscaris esse Lepidi filios meque iis in patris locum successisse existimes : hoc si a te impetro, nihil profecto dubitabis pro iis suscipere ; aliter alii cum suis vivunt, nihil ego possum in sororis meae liberis facere, quo possit expleri voluntas mea aut officium. Quid vero aut mihi tribuere boni possunt—si modo digni sumus, quibus aliquid tribuatur—aut ego matri ac sorori puerisque illis praestaturus sum, si nihil valuerit apud te reliquumque senatum contra patrem Lepidum Brutus avunculus ?

2. Scribere multa ad te neque possum prae sollicitudine ac stomacho neque debeo ; nam, si in tanta re tamque necessaria verbis mihi opus est ad te excitandum et confirmandum, nulla spes est facturum te, quod volo et quod oportet : quare noli exspectare longas preces ; intuere me ipsum, qui hoc a te, vel a Cicerone,

1. De M. Lepido] The reason why Brutus was so urgent in this matter probably was not fear lest any injury should be done to the lives or persons of the children of Lepidus, but fear lest their property might be confiscated to the state : cp. 861, 4, *hostibus denique omnibus indicatis bonisque publicatis*, and note to 909, 2.

si eripuerit se nobis] 'if he has broken away from us,' implying perhaps that Lepidus was previously on the republican side against his will.

quod . . . homines] 'and I should be glad to think that this was a hasty and erroneous suspicion on the part of the public.'

necessitudinem nostram] i.e. his friendship towards Cicero : cp. § 2.

si a te impetro . . . dubitabis] For this consecution of tenses cp. note to 843, 6.

in . . . liberis] 'in the case of the children.' For this common use of *in* cp. Verr. iii. 6 ; Caes. B. G. vii. 21, 1.

voluntas mea aut officium] 'whereby my feelings of regard or duty can consider themselves satisfied.'

2. *stomacho*] 'vexation.' The rest of this letter shows that Brutus was so vexed that he could hardly be courteous. If you won't do this of yourself, he says in effect, there is no use arguing. We have often drawn attention to the irritability of Brutus, and he was especially irritable when it was a question of money : cp. Att. vi. 1, 5 (212) ; vi. 3, 7 (264).

intuere . . . impetrare] 'Regard me, Brutus, who deserve to gain the request

coniunctissimo homine, privatim, vel a consulari viro remota necessitudine privata, debeo impetrare. Quid sis facturus, velim mihi quam primum rescribas. Kal. Quinctilibus ex castris.

DCCCCIX. CICERO TO BRUTUS (BRUT. I. 12).

ROME; JULY (BEGINNING); A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

Cicero excusat se Bruto quod matris eius et sororis precibus de liberis M. Lepidi hostis a senatu iudicati, excipiendis satisfacere non posset. De Antistio liberaliter promittit, et ipsum, ut in Italiam veniat, hortatur.

CICERO BRUTO SAL.

1. Etsi daturus eram Messallae Corvino continuo litteras, tamen Veterem nostrum ad te sine litteris meis venire nolui. Maximo in discrimine res publica, Brute, versatur victoresque rursus decertare cogimur: id accidit M. Lepidi scelere et amentia. Quo tempore cum multa propter eam curam, quam pro re publica suscepi, graviter ferrem, tum nihil tui gravius quam me non posse matris tuae precibus cedere, non sororis, nam tibi, quod mihi plurimi est, facile me satisfacturum arbitrabar; nullo enim modo poterat causa Lepidi distingui ab Antonio omniumque iudicio etiam durior erat, quod cum honoribus amplissimis a senatu esset Lepidus ornatus, tum etiam paucis ante diebus praeclaras

from *you*, whether on private grounds, because you are Cicero, a close friend, or, private considerations apart, because you are a man of consular position,' i.e. a public man, who has attained to high position in the state, and accordingly ought to have a calm judicial mind, and not one capable of being hurried away by feelings of revenge.

1. *Veterem*] Cicero must have learned later than the time when he wrote 902 fin. that Vetus was not going to Brutus as soon as he had expected; most probably he learned it after he had written 897, and then sent that letter by another messenger. This letter was written later than June 30, the day on which Lepidus was declared a

public enemy: cp. § 1, *nullo modo poterat causa Lepidi distingui ab Antonio*; and before 913, written on July 11.

M. Lepidi scelere et amentia] cp. Rutil. Namatianus 299. *Ille tamen Lepidus peior civilibus armis Qui gessit sociis impia bella tribus, Qui libertatem Mutinensi Marte receptam Obruit auxiliis orbe pavente novis.*

sororis] wife of Lepidus.

ab Antonio] an instance of the ordinary *comparatio compendiaria*: cp. 864, 2 (*liberatoribus*); 866, 4 (*cum quolibet*).

durior] 'more flagrant,' 'more impudent.' Generally used with *os* in this sense: cp. Pro Quint. 77.

praeclaras litteras] Probably a letter to the senate of the same tenor as 869,

litteras ad senatum misisset. *Set* repente non solum recepit reliquias hostium, sed bellum acerrime terra marique gerit, cuius exitus qui futurus sit, incertum est: ita, cum rogamur, ut misericordiam liberis eius impertiamus, nihil affertur, quo minus summa supplicia, si—quod Iuppiter omen avertat!—pater puerorum vicerit, subeunda nobis sint. 2. Nec vero me fugit, quam sit acerbum parentum scelera filiorum poenis lui, sed hoc praeclare legibus comparatum est, ut caritas liberorum amiciores parentes rei publicae redderet; itaque Lepidus crudelis in liberos, non is, qui Lepidum hostem iudicat. Atque, ille si armis positus de vi damnatus esset, quo in iudicio certe defensionem non haberet, eandem calamitatem subirent liberi bonis publicatis. Quamquam, quod tua mater et soror deprecatur pro pueris, id ipsum et multa alia crudeliora nobis omnibus Lepidus, Antonius et reliqui hostes denuntiant; itaque maximam spem hoc tempore habemus in te atque exercitu tuo: cum ad rei publicae summam, tum ad gloriam et dignitatem tuam vehementer pertinet te, ut ante scripsi, in Italiam venire quam primum: eget enim vehementer cum viribus tuis, tum etiam consilio res publica. 3. Veterem pro eius erga te

876 (written 18th and 22nd May). I 869, 2, he said, *quod ad bellum hoc attinet nec senatui nec rei p. deerimus.*

Set repente] We have added *Set*, which probably dropped out after *misisset*. An adversative conjunction is required.

marique] It is possible that Lepidus may have had a fleet on the south coast of Gaul, and that he may have been acting in conjunction with Sextus Pompeius. But it is more probable, as Ruete (p. 93) suggests, that Cicero exaggerated the hostile attitude of Lepidus, in order to justify to his brother-in-law, Brutus, the sentence of outlawry which was passed upon him by the senate. He accordingly used a strong proverbial expression, which must not be taken in a strictly literal sense: cp. Plaut. Poen. prol. 125, *marique terraque usquequaque quaeritat*: Pseud. i. 3, 98, *aut terra aut mari aut alicunde id evolam tibi*: Vatinius ap. Fam. v. 9, 2 (639), *Ego tamen terra marique ut conquereretur praemandavi*. Similar phrases are *fas nefasque*; *aris et focis*; *ferro ignique*: *viris equisque* (Off. ii. 116). For rhetorical, but somewhat inapposite, additions, such as *marique* here, cp. Sall. Cat. 15, *animus impurus neque vigiliis*

neque quietibus sedari poterat: Tac. Ann. xv. 37, *per licita atque illicita foedatus.*

nihil affertur, quo minus] cp. Pro Quint. 99; Pro Domo 82, and note to 852, 1.

2. *bonis publicatis*] Van der Vliet (Jahrb. 1885, p. 374) justly considers that this was the extreme penalty that Cicero ever contemplated as right to be inflicted on the children of Lepidus, and that Cobet's talk (Mnem. vii. 242) about Cicero's thirsting for blood is overstrained. In 914, 1, *misericiordiam* means pity towards them, which would save them from being reduced to want by the confiscation of their property.

ad rei p. summam] Cicero does not generally use *summa* as a substantive in this connexion, but as an adjective. Yet *rei p. summa* is quite correct: cp. Plancus in 861, 1; and in this passage Cicero deviates from the phrase he usually adopts, in order to get an antithesis to *tuam*. Zumpt on Verr. ii. 28, and Boot on Att. i. 16, 9 (22), would correct the genitive every place it occurs; but it is better to hold that both expressions are correct, and that Cicero used *res publica summa* by preference, except where there was some reason to use the other.

benevolentia singularique officio libenter ex tuis litteris complexus sum eumque cum tui, tum rei publicae studiosissimum amantissimumque cognovi. Ciceronem meum propediem, ut spero, videbo; tecum enim illum [†et te] in Italiam celeriter esse venturum confido.

DCCCCX. CICERO TO CASSIUS (FAM. XII. 10).

ROME; JULY (BEGINNING); A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero Lepidum hostem iudicatum scribit et Cassium cum exercitu in Italia exspectari.

CICERO CASSIO S.

1. Lepidus, tuus adfinis, meus familiaris, pridie Kal. Quinctiles sententiis omnibus hostis a senatu iudicatus est ceterique, qui una cum illo a re publica defecerunt: quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Kal. Septembr. potestas facta est. Fortis sane senatus, sed maxime spe subsidii tui. Bellum quidem, cum haec scribebam, sane magnum erat scelere et levitate Lepidi. Nos de Dolabella cotidie quae volumus audimus, sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio. 2. Quod cum ita esset, tamen litteris tuis, quas Nonis Maiis ex castris datas acceperamus, ita persuasum erat civitati, ut illum iam oppressum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cum exercitu, ut, si haec ex sententia confecta essent, consilio atque auctoritate tua, sin quid forte titubatum, ut

3. et te] That these words cannot be allowed to stand is plain, both from *tecum* and from the singular *venturum*. They are perhaps a gloss on *tecum*.

1. *Lepidus, tuus adfinis]* cp. 790, 2. *meus familiaris]* 'my (quondam) friend': cp. 792, 2, *Antonius, noster familiaris*.

ad sanitatem redeundi] 'of returning to their senses.' *Sanus* and *insanus* are occasionally contrasted as referring to loyal and disloyal conduct: cp. Att. ix. 7, 3 (362), *missi etiam Caesaris (litteras) ad eos sana mente scriptas, quomodo in tanta in-*

sania: cp. 791, 3, *furorem*.

scribebam . . . erat] epistolary tenses.

levitate] 'want of principle.'

sine capite] 'without definite source.'

Andr. refers to Planc. 57, *si quid sine capite manabit aut quid erit eiusmodi ut non exstet auctor*: cp. Planc. 18. For these unauthenticated rumours cp. 898, 2; 904, 1.

2. *litteris tuis]* i.e. 856, written from Syria on May 7th. It thus took about fifty days to reach Rome.

titubatum] 'if there was any stumbling'; *niteremur*, 'we should have the support of,' governed by *ut* before *si*.

fit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum quibuscumque potuero rebus ornabo: cuius rei tum tempus erit, cum, quid opis rei publicae laturus is exercitus sit aut quid iam tulerit, notum esse coeperit; nam adhuc tantum conatus audiuntur, optimi illi quidem et praeclarissimi, sed gesta res exspectatur: quam quidem aut iam esse aliquam aut appropinquare confido.

3. Tua virtute magnitudine animi nihil est nobilium. Itaque optamus, ut quam primum te in Italia videamus. Rem publicam nos habere arbitrabitur, si vos habebimus. Praeclare vicramus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus recepisset Antonium. Itaque numquam tanto odio civitati Antonius fuit quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulenta re publica, hic ex pace et victoria bellum excitavit. Huic oppositos consules designatos habemus: in quibus est magna illa quidem spes, sed anceps cura propter incertos exitus proeliorum.

4. Persuade tibi igitur in te et in Bruto tuo esse omnia, vos exspectari, Brutum quidem iam iamque. Quod si, ut spero, victis hostibus nostris veneritis, tamen auctoritate vestra res publica exsurget et in aliquo statu tolerabili consistet. Sunt enim permulta, quibus erit medendum, etiam si res publica satis esse videbitur sceleribus hostium liberata. Vale.

potuero] The future perfect often differs little from the simple future: cp. Madv. 340, Obs. 4, who quotes Att. v. 1, 3 (184), *ego accivero pueros*. This use is common with *videro*: cp. Roby, § 1485.

ornabo] 'I shall make honourable provision for': cp. the request of Cassius, 856, 3, 4.

gesta res] 'some action.'

quam . . . confido] 'and, indeed, I hope that there has been some action already, or will be soon.'

3. *virtute, magnitudine animi*] asyndeton of two words as often: cp. Lehmann, p. 26.

vicramus . . . recepisset] Just as in English we can say 'we had conquered' for 'we should have conquered,' so the Latins say *vicramus* for *vicissemus*. The usual parallel to quote is Hor. Od. ii. 17, 27, *me truncus illapsus cerebro sustulerat nisi Faunus ictum Dextra levasset*; Seneca, De Ira, i. 11, 5, *Perierat imperium . . . si Fabius tantum ausus esset quantum ira suadebat*; 914, 12, *sive enim vicrimus—*

qui quidem pulcherrime vicramus nisi Lepidus perdere omnia et perire ipse cum suis concupivisset.

spoliatum] 'stripped' (Jeans).

ex turbulenta re publica] 'from a disordered state of things.'

consules designatos] D. Brutus and Plancus. Watson thinks that no mention is made of Octavian, because Cicero did not trust him, and that it is Octavian's ambiguous attitude which is referred to in § 4, *permulta quibus erit medendum*.

anceps cura] 'anxiety.'

4. *iam iamque*] 'every moment.' But Brutus never came; he went off instead to Asia.

tamen] 'even so'; i.e. even though we shall not require the aid of you and your army to put down the rebels, yet we shall require your influence in the administration of the state, in order to raise it once more to a firm condition.

permulta] cp. note to § 3.

sceleribus . . . liberata] 'freed from the traitorous assaults of its enemies.'

DCCCCXI. CICERO TO APPIUS CLAUDIUS (FAM. X. 29).

ROME; JULY 6; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero consolatur Appium exsultantem et eum bona spe esse iubet.

CICERO APPIO SAL.

De meo studio erga salutem et incolumitatem tuam credo te cognosse ex litteris tuorum, quibus me cumulatissime satis fecisse certo scio: nec iis concedo, quamquam sunt singulari in te benevolentia, ut te salvum malint quam ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus quam ipsi hoc tempore prodesse possim: quod quidem nec destiti facere nec desistam, et iam in maxima re feci et fundamenta ieci salutis tuae. Tu fac bono animo magnoque sis meque tibi nulla re defuturum esse confidas. Pridie Nonas Quinctiles.

DCCCCXII. CICERO TO D. BRUTUS (FAM. XI. 22).

ROME; JULY 6; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

M. Cicero D. Bruto commendat App. Claudium, qui cum M. Antonio se coniunxerat, ut ex hostium numero eximatur.

M. CICERO S. D. D. BRUTO.

1. Cum Appio Claudio C. F. summa mihi necessitudo est multis eius officiis et meis mutuis constituta. Peto a te maiorem

Probably 912 was sent with this letter: cp. introductory note to that letter. For Appius Claudius cp. 912, 1.

incolumitatem] 'restoration': cp. note to 885, 1.

hoc tempore] Cicero was recognized at this time as the head of the constitutional party.

fecit et] Gitlbauer (p. 263) needlessly wishes to eject these words.

in maxima re] 'in the most essential

matter,' i.e. as regards his not losing his citizenship: cp. 912, 2.

It is probable that this letter was despatched on July 6th by the messenger who brought Cicero's letter to Appius (911): cp. the letter recommending Caecina to Furfanius, which was sent at the same time as the letter to Caecina (527, 528).

1. *Appio Claudio*] He was son of Gaius

in modum vel humanitatis tuae vel mea causa, ut eum auctoritate tua, quae plurimum valet, conservatum velis. Volo te, cum fortissimus vir cognitus sis, etiam clementissimum existimari. Magno tibi erit ornamento nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse salvum; cuius quidem causa hoc melior debet esse, quod pietate adductus propter patris restitutionem se cum Antonio coniunxit. 2. Qua re etsi minus veram causam habebis, tamen vel probabilem aliquam poteris inducere. Nutus tuus potest hominem summo loco natum, summo ingenio, summa virtute, officiosissimum praeterea et gratissimum, incolumem in civitate retinere. Quod ut facias, ita a te peto, ut maiore studio magisque ex animo petere non possim.

DCCCCXIII. CICERO TO BRUTUS (BRUT. I. 14).

ROME; JULY 11; A. U. C. 711; B. C. 43; AET. CIC. 63.

Cicero paucitatem et brevitatem epistolarum Bruti accusat: rogat ut, Ciceronem filium secum retineat: et in Italiam quam primum ut veniat hortatur.

CICERO BRUTO SAL.

1. Breves litterae tuae, breves dico? immo nullae: tribusne versiculis his temporibus Brutus ad me? nihil scripsissem potius.

Clodius, and was spoken of as a probable accuser of Q. Cicero on his return from Asia, 696 (58): cp. Att. iii. 17, 1 (75). This Gaius Clodius had been governor of Asia in 699-700 (55-54), and on his return he was condemned for extortion, but appears to have been restored to his rights as citizen after a short time by Antony. He died before the prosecution of Milo came on in 702 (52): cp. Asconius 35, *qui frater fuerat Clodi*. His son, the Appius Claudius of whom Cicero writes, was one of the most vigorous prosecutors of Milo (cp. Mil. 59); but we see from this letter that Cicero did not feel any resentment against him for his conduct on that occasion. There is an Appius Claudius mentioned by Appian (iv. 44) who was proscribed by the triumvirs, but was saved by the devotion of a

slave. Whether he was this Appius Claudius or not we cannot say.

multis . . . mutuis constituta] 'brought about by the many good services we have done one another.'

2. *veram*] 'sound'; *probabilem*, 'plausible.'

inducere] 'bring forward'—a metaphor from the stage: cp. *sermo inducitur* and such like expressions.

officiosissimum] 'most serviceable.'

maiore studio . . . animo] 'more earnestly or sincerely.'

1. *Breves*] Plutarch (Brut. 2) says that Brutus, in his Greek epistles, often adopted a laconic style, and we may suppose that occasionally he did the same in his Latin letters.

nihil scripsissem] 'you should have

Et requiris meas: quis umquam ad te tuorum sine meis venit? quae autem epistola non pondus habuit? quae si ad te perlatae non sunt, ne domesticas quidem tuas perlatae arbitror. Ciceroni scribis te longiorem daturum epistolam: recte id quidem, sed haec quoque debuit esse plenior. Ego autem, cum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios litterasque ad Ciceronem, ut, etiamsi in Italiam venisset, ad te rediret; nihil enim mihi iucundius, nihil illi honestius. Quamquam aliquoties ei scripseram sacerdotum comitia mea summa contentione in alterum annum esse reiecta—quod ego cum Ciceronis causa elaboravi, tum Domitii, Catonis, Lentuli, Bibulorum, quod ad te etiam scripseram—: sed videlicet, cum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas, nondum erat tibi id notum. 2. Quare omni studio a te, mi Brute, contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas tecumque deducas, quod ipsum, si rem publicam, cui susceptus es, respicis,

written nothing rather.' For this use of the plupf. subj., cp. our note to Att. ii. 1, 3 (27), *ne poposcisses*; also Dr. Reid on Sull. 25, and Dr. Holden on Sest. 45, who calls this subjunctive the past jussive.

pondus ['weighty matter': cp. Att. xiv. 14, 1 (719), *acepi tuas litteras et magni quidem ponderis*; i. 13, 1 (19), *epistolam paullo graviorem*; Fam. ii. 19, 2 (262), *tuas litteras . . . maximi sunt apud me ponderis*.

de Ciceronis abs te discessu This may mean 'concerning my son's intended departure from you,' and does not necessarily imply that he had actually departed when Brutus wrote the letter which Cicero is answering. As an excuse for the brevity of his letter, Brutus said something like this, 'Your son will be leaving me shortly, and I shall give him a longer letter.' But Brutus did not say *when* young Cicero was leaving; and, accordingly, the elder Cicero, knowing that the comitia were postponed, made haste to stop his son's return, if possible, before he reached Italy. The route along the Egnatian Way, and across from Dyrrhachium to Brundisium was the regular one used by travellers, so that there was every probability that Cicero's letter-carriers would meet his son. The reason why Cicero wished his son to remain with Brutus was that he would occupy a more distinguished position in coming back to Italy with his commander-in-

chief than by himself, especially as Brutus would have a sort of triumphal return.

litterasque] *sc. dedi*: cp. Att. xii. 38, 1 (581).

sacerdotum comitia] cp. note to 852, 3. *quod . . . elaboravi*] There is no other example quoted in the dictionaries of *elaborare* used in the active with the acc. in writers of the Ciceronian age; but the passive is frequently found, Att. i. 8, 1 (5), *quid mihi elaborandum sit*; Phil. vii. 7, *omne enim curriculum . . . elaboratum est*; Leg. Man. 1, Cael. 54. For the neuter Becher compares Fam. vi. 8, 2 (527), *quid tibi sim auctor*; N. D. i. 31, *eamdem fere peccat*.

Domitii . . . Bibulorum] cp. note to 868, 2. Cato was son of Cato of Utica. We are not sure what Lentulus is referred to. For the Bibuli cp. note to 868, 1.

quod ad te etiam scripseram] This letter must have been lost: it is not in the collection.

2. *deducas*] The force of *de-* appears to be the same as in *deportare* *κατάγειν*, to bring home from the provinces: cp. Leg. Manil. 61. Becher, with some hesitation, proposes <*exercentumque*> *tecum deducas*.

cui susceptus es] 'for whose welfare you have been born and reared': cp. Verr. iii. 161, *susceperas enim liberos non solum tibi sed etiam patriae*. For *suscipi*, the passive, in the sense of 'being reared,' cp. Att. xi. 9, 3 (423).

tibi iam iamque faciendum est: renatum enim bellum est, idque non parvum scelere Lepidi; exercitus autem Caesaris, qui erat optimus, non modo nihil prodest, sed etiam cogit exercitum tuum flagitari, qui si Italiam attigerit, erit civis nemo, quem quidem civem appellari fas sit, qui se non in tua castra conferat; etsi Brutum praeclare cum Planco coniunctum habemus, sed non ignoras, quam sint incerti et animi hominum infecti partibus et exitus procliorum. Quin etiam, si, ut spero, vicerimus, tamen magnam gubernationem tui consilii tuaeque auctoritatis res desiderabit: subveni igitur, per deos, idque quam primum, tibi que persuade non te Idibus Martiis, quibus servitutem a tuis civibus depulisti, plus profuisse patriae quam, si mature veneris, profuturum. v. Idus Quinctiles.

renatum] cp. 886, 3, *sed bellum istuc renatum mirantur homines.*

